



Annales Ecclesiastici Cæsaris Baronii S. R. E. Card.

Complectens Sex Posteriores Libros. [Liber VII-XII]

Baronio, Cesare

Romæ, 1635

Annales Ecclesiastici Caesaris Baronii S. R. E. Card. A Lvdovico Avrelia Perusino. In totidem libellos breuissimè redacti in quot magna volumina opus ab Authore digestum est. Liber XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65060)

455
ANNALIS
ECCLESIASTICI
CAESARIS
BARONII
S. R. E. CARD.

A LUDOVICO AVRELIO
Perusino.

In totidem libellos brevissimè redacti
in quot magna volumina opus
ab Authore digestum est.

LIBER XII.

Respondēs Duodecimo Authoris Tomo.

Chri.
Ann.
1100.



Centesimus supra
millesimū à Chri-
sto nato annus in-
cipit, quo Pascha-
lis Urbano nuper
subrogatus Chri-
stianos Principes
de sua ipsius electione certiores red-
ditos, Fidei atque officij admouit; vi-
cissimque ab eis literas, obsequij re-
stes, recepit. extant inter alias à Go-
defredo Hierosolymorum Rege ad fred-
eum hoc tempore datæ; quibus inita ad eū
foe-
litera.

*Pascha-
lis II.*

*Gode-
fredi*

*foe-
litera.*

foeliciter praelia, relatæque ex hostibus Victoriæ referuntur. porro, his vulgatis, noui apud Galliam, atque Italiam delectus habiti, instructissima à Genuensibus classis comparata est. At Gallorum Rex Philippus Anathemati, ex illicitis subiectus nuptijs, tum, facti pœnitens, absolutus; audita Urbani morte, perindè, ac si sacræ extinctæ cum eo leges fuissent, Pellice in Regiam reuocata, Ecclesiastica iterum vincula abrumpit. ergò Paschalem haud mitiorem expertus Iudicem, ac vindicem, Anathemate iterum percellitur. Indicta porro ea ex causa, Pictauis Synodo. permulta alia ad morum normam, sacrosque ritus pertinentia decreta sunt.

*Synod
picta-
uiensis.*

*Gode-
fredi
obitus.
Baldu-
inus
Rex.*

Sequuta interim Godefredi morte, Boëmundi Antiochiæ Principis, dum Mesopotamiam inuadit, captiuitate Balduini, qui Regnum post Godefredi Fratris obitum adeptus est, exitialibus, cum Patriarcha contentionibus, Christianorum apud Orientem res mirum in modum perturbantur.

*S. An-
selm.
relega-
tur.
Resti-
tuitur
ac ite-
rùm agi-
tatur.* Moritur hoc eodem anno Anglorum Rex Vuillelmus, cuius scelere Anselmus Archiepiscopus extorris actus, iam triennio apud Galliam exulabat. igitur Vir sanctus Henrici, qui Vuillelmi Successor fuit, iussu restitutus, haud ita multo post iterum exagitur, eadem planè ex causa, quod no-
uo

uo etiam Regi acriter obsisteret Sa-
cerdotia pro libidine demandanti.

Chri. Res non vno gesta est anno, missi-
Ann. que ab utroque sunt ad Paschalem
1101. Papam ex Anglia Legati, qui, conten-
Vuil. tione apud eum maxima, pro se quis-
Malm que, egerunt.

l. i. Conradus interim, qui Florentiam *Cōra-*
Edin. ad Mathildem venerat, quacum antea *di Ita-*
in vit. contentionem habuerat, ibidem mo- *lia Reg-*
ritur. *obitus.*

Quo tempore Philippus, Legatione
ad Paschalem missa, Anathematis vin- *Synod.*
culis solutus est, Synodo hac de re *Gall.*
antea in Gallijs ipsius iussu celebrata,
quod tamen non nisi post biennium
contigit.

Tyr. l. Hoc eodem anno expeditio in *Expe-*
10. Vr. Orientem innouatur æquè celebris *dito*
Sper. futura, si per Alexij Græcorum Augu- *alia sa-*
sti perfidiam licuisset, qui sub pacis, *era.*
atque amicitia regmine acerbius, quā *Alexij*
hostis, crudelius, quam si aperto egis- *perfid.*
set bello, debacchatus est. hæc porrò
exactius nosse si quis cupit, præter
Vuillelmum Tyrium, Conradum Ab-
batem Urspergensem consulat, qui
eiusdem expeditionis socius memo-
ria cuncta commendauit.

Eodem fere tempore Genuensium *Genuë*
classis appulsu ad Syriæ littus, *Christum*
Christianorum ibidem res miserandum in *classis.*
modum collabentes, restitutæ sunt.
eadem porrò Classis in Italiam redux,

V non

non laudem modo summam, sed Diui

S. Io. quoque Præcursoris reliquias sacro-
Bapti- sanctas, Palestina auctas, Patriæ in-
sta reli tulit Pompa triumphali.

quia. Postremo illustratur idē annus Bru-
S. Bru nonis exitu Cartusiersium Patriarchæ,
nis obi cuius præconia laudati æquè Viri Ber-
tus. nardus Clareuallensis, Petrus Clunia-
censis certatim hoc tēpore cecinere.

Altero huius sæculi anno Conciliū *Chri.*
Synod. Romæ celebratur Henrico in primis *Ann.*
Roma. postulante, qui tamen, cum Paschalē, *1102*
Heric. Patresque reliquos non insolēter fru- *Vrj-*
iterum stratus fuisset, Anathemati iterum sub-
excom ijcitur. sancita vero eodem in Con-
mun. cilio ad Ecclesiasticum rerum statum
componendum, ea statim apud An-
Synod. gliam, Conuentu Londini habito,
Lödin. recepta sunt.

Matil- Hoc eodem anno Matildes, cum
dis dō. donationē B. Petro à se factam, ac pu-
confir- blicis monumentis consignatam dolo
mata. sublatā, aut deperditam per incuriam
audisset, nouo ea super re Diplomate
confecto, *cuius exemplum hinc habes,*
ratam habuit.

Henrico Angliæ Rege, atque An- *Chri.*
selmo in dies magis dissidentibus, Pa- *Ann.*
schalis demum sententia Regi sacra- *1103*
rum rerum administratione interdictū *Edin*
est. ferunt Henrici Legatum maiori, *in vlt*
quam par erat, contentione apud Pa-
schalem agentem, contestatum fuisse,
Regnum potius eum amissurum, quam

Ec-

Ecclesiarum, ut vocabant, inuesti-
ras; cui Pontificem vicissim respon- *Pascha*
dille, vitam se potius profusurum, *alis Ze*
quam ut impunè sacra à Rege contre- *lus.*
ctari permetteret.

Chri. Legatio subindè ab eodem Pontifi-
Ann. ce duplex instituta est. altera in Gal-
1104. liam ad Philippum Anathemati exi-
mendum, ad Poloniæ Ecclesias inui-
sendas altera.

Tyr. l. Boemundus postmodum Antiochiæ
xi. c. 1. Princeps, quem in hostium potestatem
venisse diximus, ab his demum, prece,
an precio, dimissus, vna cum Daiber-
to Hierosolymorum Patriarcha in Ita-
liam nauigat, indeque in Galliam pro-
ficiscitur, ut duas Philippi Regis Filias
Constantiã, ac Ceciliam sibi, ac Tan-
credo ex Fratre Nepoti matrimonio
iungeret.

Chri. Annus agebatur, cum Henricus Ger- *Heric.*
Ann. manix Regnum adeptus fuerat, propè *deici-*
1105. L. ab inito autem vtrumque Imperio *tur.*
Vrsp. XXII. cum Henrici Filij, ac Germa- *Heric.*
norum Procerum conspiratione Re- *Fil. eis*
gni fastigio deiectus est, eodem Filio *ehitur*
in Regnum euecto. neque hic stetit
Catholici populi, ac Principum ze-
lus. Schismatici Episcopi recedere à
Schismate, aut ab Ecclesijs iubentur:
mortuorum ea in secessione Antistitiũ
ossa exhumentur, atque in fluentia pro-
ijciuntur; quod ab Italis quoque, Ger-
manorum exemplo, factũ de Guiberti

Pseudopontificis cadauere apud Ra-
uennā ante quinquennium vita functi.

Eodē fere tēpore Balduinus Rex *Tyr. l.*
sacratissimo Crucis Ligno in aciem *xi. c.*
producto, insignem de Barbaris Vi- *23.*
etoriam retulit.

Rai- mūdu. Quo tempore bellica laude, ac pie-
tate clarus Tolosę Comes Ramundus
Tolosa occubuit, qui sacrę expeditionis So-
Comes cius, & pars maxima fuerat.

Hērici fuga. At Henricus in ordinem redactus *Chri.*
ex Oppido, in quo honesta veluti sub *Ann.*
custodia habebatur, fuga elapsus, Co- *1106.*
loniam primò, dein Leodium petit; in- *Vr. p.*
deque mortales, ac Superos contesta-
tus, literas tum ad alios complures,
tum ad Gallię Regem, atque Henri-
cum Filium dedit, & patentes eas qui-
dem, nec obsignatas, quò in suę ipsius
calamitatis commiserationem omnes
commoueret. sed nihil perfecit; ita
omnium odiū simulatione, atque per-
fidia in se conciuerat. itaque deplora-

Hērici mors. tis iam rebus, mœrore animi confe-
ctus; intra annum moritur sexagenna-
rio minor; sepultusque in Monasterio
apud Leodium, vbi decesserat; postri-
diē, quod Ecclesiasticę communio-
nis expers decessisset, exhumatus est.

His Romę auditis, Paschalis Ponti- *Vr. p.*
fex Germaniam petere in animum in-
duxit, cæterum, excitatos pridē apud
Synod. eam motus resdisse non dum satis,
Gua- certior factus, Guastallę ad Padi ripā
stalla sub-

substitit, Conuentuque ibidem celebrato, cui Matildes quoque interfuit, Galliam petit, vnde & Germaniæ rebus prospicere satis se posse existimauit.

Ap- Moritur hoc eodem tempore Phi- *Philipi*
péd. ad lippus Rex Ludouico Filio herede in- *pi obi-*
Aim. stituto, qui Aurelijs statim coronatur. *tus.*

Chri. Antequam ex Gallia recederet Pon- *Ludo.*
Ann. tifex, Synodum apud Trecaſ cele- *VI.*
1107. brat. Quo tempore Angliæ Rex Hen- *Synod.*
ricus, Anselmo in Regnum reuocato, *Trecã-*
ac pace Ecclesijs reddita, Robertum *ſis.*

Fratrem, qui sacrae militiae nomen dederat, Hierosolymis haud ita pridem reducem, Regnum, quod natu maior esset, repetentem, prælio victum capit, ac custodiae tradit.

Chri. Insigniores interim Romani Ciues, *P. Co-*
Ann. in quibus Prolemeus Comes Tuscula- *lumna*
1108. nus, ac Petrus de Columna (qui pro
Vuill. ea, qua pollebat Romæ potentia, hoc
Bibl. ipsum ante octennium quoque facti-

tauerat) Pontificias Ditiones tyrannicè inuadentes, Romanum Agrum infestum habebant. hos Pontifex Petrum *Leo*
Leonis, ac Leoné Frangipanem Ciues *Frangi-*
æquè nobiles adiutores nactus, egre- *panis.*
giè vultus, compescuit. tum profectus

in Campaniã, quò vrbanas vitaret tur- *Synod.*
bas, Synodum Beneuenti celebrauit, *Bene-*
Cass. l. ea præcipuè de causa, vt Clericorum *uenti.*
4. luxum, bonorumque Ecclesiæ inua- *ſiones*
siones inhiberet; quod & Lódini apud *12è Lõ-*
dini.

*Anselmi obitus.**Alfonsi duo Reges.*

Angliam peractum est, Anselmo ibidem liberius, permissu Regis, iam sacra administrante; qui tamen, haud diu superstes, sequenti anno laborum à Deo præmium est consequutus.

Obierat per idem tempus Alfonsus Castellæ Rex, eius tum Filia Vraca eiusdem cum Patre nominis Aragoniæ Regi consanguineo nupsit. Igitur Paschalis, literis ad Compostellanum Episcopum datis, damnatisque incestus nuptijs, utriusque Coniugi sacris interdixit. Pontificis sententiam sequuta est diuina ultio. quippè Rex impius, qui Appostolicis literis ita non paruit, ut ijs parentes Episcopos extorres egerit, prælio cū Sarracenis inito, occubuit: Vraca repentina morte extincta est.

Obijt hoc eodem anno sanctus Abbas Odo Cluniacensis rerum gestarū gloria inclytus, cuius vsi opera Romani Pontifices, eam ubique sedulam, atque proficuum experti sunt.

Henrici tyrannis.

At vero Henricus Germ. Rex paternorum scelerum, quorū ultor fuerat, æmulator factus, Romam infesto agmine aggreditur, ac cædibus cruentat: Paschalem cū Cardinalibus com-

Papæ ac Cardinales capti.

prehendit: nec Imperij modo titulos, sed Ecclesias quoque, ac sacerdotia quæcumque pro libidine demandandi ius quæcumque intentato captiuis omnibus mortis metu, extorsit.

Chri. Ann. 1109.

Mari. an. l. x c. 8.

lib. V. Pa. ad on. Ty. xi.

P. C. sin. c. 48.

Chri. Ann. 1110. 1111. 1112.

cæterum Pontifex liber factus, post
Henrici abscissum Conuentu apud *Synod.*
Lateranum habito, omnia, quæ cum *Roma.*
impio Rege transegisset, vt per vim
expressa; irrita esse declarauit. rerum
triennio fere gestarum seriem præ cæ-

lib. 4. teris accurate refert Petrus Diaconus
Vrspe. Cassinensis, quem consulere curio-
Papir. sus lector poterit.

ad Iu- Per idem fere tēpus Rogerius Apu- *Roge-*
on. liæ Dux, moritur, quem statim sequ- *ry Boe*
Tyr. l. untur Boemundus Frater, ac Tancre- *mundi*
xi. dus Nepos victorijs ambo apud Orie- *Tæcre-*
tem partis, atque Antiochiæ Principa- *di obi-*
tu clari. porro Boemundo eiusdē no- *tus.*

minis Filius, Tancredo Rogerius, vter-
que degener, succedunt. Quo tem- *Baldus*
pore Balduinus Rex, Danorum adiu- *ini vi-*
tus Classe, Beritum, ac Sidonem capit. *storia.*

P. Cas. Alexius interim Græcus Imperator, *Alexij*
sin. l. 4 certior de concepto ab omnibus in *artes.*

c. 48. Henricum odio factus, eam in spem
venit, vt, Imperio iam eidem abroga-
to, ipse Occidentis quoque Augustus
diceretur. Legatione itaque ad Roma-
nos, ac Paschalem missa, eius Imperij
titulos sibi, aut Ioanni Filio conferti
expetijt, prolixè omnia aduersus im-
pium Henricum, Hostesque reliquos
Romani nominis. Romanęque Eccle-
siæ pollicitus. cæterum græca fides, si
vnquam antea, hoc maximè tempore,
ob admissa in Occidentales Milites
scelera suspecta, hauquaquā persuasit.

Exindè Turcæ, copijs Hiærosoly-Chri-
 mæ admotis, vbi expugnationem Vr- Ann.
 bis frustra tentassent, insigni ad Mon- 1113
 tem Tabor Cluniacensis instituti Coe- sig.
 nobio diruto, Monachis martyrio af- app.
 fectis, recedunt.

S. Ber- Hic idem annus est Bernardi, e sæ-
nardi culo ad Cistercienses, transitu, Eccle-
conuer siæ memorabilis.

syno. Secesserat Paschalis Pontifex Bene- Chri.
 uentum, igitur ea in Vrbe primò, cum Ann.
duplex Ceperani ad ripam Liris Conuentus 1114
Vuill. agit. porrò in Ceperanico Vuillelmus
Dux. Apuliæ Dux, qui aderat, Calabriae
 quoque, ac Siciliae Dux constituitur.

Turba Moritur post hæc Petrus Urbis Præ- Chri.
Roma. fectus. itaque factiosi Romæ Ciuēs il- Ann.
 lius Filium, adhuc impuberē, ad idem 1115
 munus cum elegissent, turbæ indè
 maximæ excitantur; quo factum, vt
 Paschalis, qui ad eam redierat, exee-
 dere iterum coactus sit. profectus igitur

Synod. in Apuliam, Synodum apud Troiā Chri.
Troia. cogit, ac Romam haud secius sequen- Ann.
 ti anno redit, vbi iterum Synodū apud

Synod. Lateranum cogit, in qua Henricus Ec- 1116
Roma. clesiæ Hostis appellatus est. Vsp.

Porrò apud Germaniam ijs ipsis,
 qui ab Henrico steterant, eum dese-
 rentibus, Catholici in dies magis in-
 ualescunt, vt iam Conuentus agere,
 copias in eū scribere non dubitarent.

Mathi Verū, audita apud Germaniam Ma-
ldis obi thildis morte, exceptisque Itatorum
 1116. Le.

Legatis, eorum, qui rerum nouanda-
rum studio tenebantur, Henricus ita
animos resumpsit, vt repetendæ Ita-
liæ, illiusque subigendæ spem animo
haud dubiam conceperit; simulatione

Chri. tamen agendum ratus, Romam, quasi
Ann. crimina expiaturus, contendit. sub
1117. ipsum eius aduentum, Paschalis Caf-
P. Caf- sinum petit, indeque in Apuliam per-
sin. l. 4 gens, exercitu ibi comparato, in
6. 57. Campaniam venit.

Henric.
Roma.

At Henricus Romam triumphantis
specie ingressus, ad Romanos Ciuēs
vtcumq. demerendos, Ptolomei Con-
sulis Filio (ex Octauia hic erat Gen-
te) Filiam matrimonio iungit.

Sed quam superiori anno extulimus
Mathildem tumulemus. laus hæc Vr-
bano VIII. Pont. Max. cui hæc ipsa in-
scribimus, reseruabatur. Is igitur cla-
rissimam omni œuo Foeminam, de que
Rom. Ecclesia optimè, siquis alius Vi-
rorum Principum, meritam, decentio-
ris honore tumuli dignam ratus, Man-
tuanò ex agro translatum corpus in
ipso Principis Apostolorum Templo
Augustissimo, regio ornatu à se extru-
cto monumento, quinque demū post
sæcula, dum hæc prodimus, reconde-
bat, huiusmodi cum inscriptione,

Vrbano
VIII.
Mathi-
dis of-
fer.

Sepul-
chrum
extru-
it.

V S VR

*Epita-
phio et
carmi-
nibus
ornat.*

VRBANVS VIII. P. M.
COMITISSÆ MATHILDI VIRILIS
ANIMI FOEMINÆ SEDIS APOSTO-
LICÆ PROPVGNATRICI PIETATE
INSIGNI LIBERALITATE CELE-
BERRIMÆ HVC EX MANTVANO
S. BENEDICTI COENOBIO TRANS-
LATIS OSSIBVS GRATVS ÆTER-
NÆ LAVDIS PROMERITVM
MON. POS.

Hanc ipsam numquam satis lauda-
tam Heroinam (quod Damaso Rom.
Pontifici, quod Carolo Francorū Re-
gi, atque Augusto Magno, quod alijs
sacerdotalis etiam ordinis Viris Prin-
cipibus laudi olim datum non ignora-
ret) carminibus quoque Thebano ple-
ctro decantatis, ad modulos hetruscos
deductis, ornatam voluit; vt viuidum
ingenium agnoscas, fertilitatem ad-
mireris. Hæc verò extra historiam
satis.

Hoc eodē anno Balduinus Rex le-
thali correptus morbo, ex voto nun-
cupato Pellicem, quam, maximo cum
Ecclesiæ contemptu, Vxore eiecta, in
Regiam induxerat, in Siciliam reijcit.
cæterum, & si ex morbo tum quidem
conualuit, sequenti tamen anno vitæ
finem imposuit. quo & Paschalis Pon-
tifex moritur, in Urbem paulo antè
cum copijs delatus, tanto cum Ho-
stium terrore, vt Ptolemeus, ac reli-
qui Henrici Affeclæ (nam Is antea re-
cesserat) latebras statim quæsierint. se-
dit

Chri.
Ann.
1118.

*Baldu-
ini obi-
tus.
Item
Pasche*

*T
II
C
6.1
P
Cass
l. 4
17.
Zon*

dit annos ferè vndeuginti, Successo- ^{Gelasius}
rem post triduum nactus Gelasium ex ^{us PP.}
Comitibus Caietanis, non tamen sine Cinci-
turbis, quippe Cincius Frangipanis ne- ^{us Frā}
fario instructus satellitio nouum Pon- ^{gipa-}
tificem per vim captum, in suas per- ^{nis.}
traxit ædes catenatum. cæterum rei
indignitate motus Rom. Populus, im-
petu in Tyranni ædes facto, Gelasium
recipit. tum verò Henricus Rex Mau-
ritium quemdam, qui & Burdinus di-
ctus est, aduersus Gelasium, Romanis
Pontificem obtrudit, ac Gregorium ^{Grego-}
appellat. itaque Gelasius Vrbe exce- ^{rius}
dere tum coactus, Pisas primò, dein ^{Anti-}
Galliam petit. ^{papa.}

^{Tyr. l.} Hoc item anno, qui læculi duodeui-
^{11. c. 7} gesimus numeratur, Templariorū Mi-
^{l. 2.} litum Ordo Hierosolym s instituitur ^{Ordo}
^{6. 1.} sub ipsum Balduini Regis obitum, qui ^{Tēpla-}
Balduinum alterum affinem suum stre- ^{riorū.}
num bello Ducem Regni hæredem ^{Baldus}
instituerat. Is igitur Principatum ade- ^{inus II}
ptus, æmulū expertus est defuncti Re- ^{Hieros}
gis Fratrem Eustachium, cui Populi, ac ^{Rex.}
Procerū pars magna suffragabatur. ve- ^{Eusta-}
rum Hic ciuile bellum detestatus, ma- ^{chymo}
xima cum moderationis laude, exem- ^{dera-}
ploque ad posteros memorabili, Re- ^{rio.}
gni iuribus, ac titulis sponte cessit.

^{Pet.} Eodem fere tempore moritur Ale-
^{Cassin.} xius Orientis Augustus, cum annos ^{Alexij}
^{l. 4. c.} imperasset septem amplius, ac trigin- ^{obitus.}
^{17.} ta, cumque illud prodigij loco habitū

Baldu
ni. obi
us.
Item
p. sch.

præcessisset, ut ænea Constantini Magni Statua celeberrima, vi ventorum, ruina maxima disiecta fuisset. ambigua Princeps famæ, qui vitibus vitia rependeret, insueta morum vicissitudine, ac varietate. Eo sublato, Ioannes Filius, qui & Caloianus dictus est, Imperij habenas moderandas suscepit.

Io. Imper.

Profectus, ut diximus, in Galliam Pontifex, Conuentuque apud Viennam habito, Cluniacense inuisit Cenobium, ubi, lethali correptus morbo, diem obiit extremum. Comitibus itaque ibidem actis, nouus Pontifex dicitur Guido genere Francus S. R. E. Cardinalis Archiepiscopus Viennensis Regia stirpe, regisque virtutibus clarus, qui Callistus hoc nomine II. appellatur.

Synod. Viennæ.

Gelasij obiit.

Callistus II.

Synod. Rhemis.

eius statim electionem ratam habuere, qui Romæ substituerant, Cardinales. at ipse Rhemos profectus CCCC. amplius Patrum Synodum celebravit, cui Rex ipse Ludouicus interfuit.

Henricus verò, qui, Rhemos propius accedens, reddendæ Ecclesiæ pacis spem fecerat, denique, imperata facere cum renuisset, Anathemati iterum subiectus est.

Hoc eodem tempore Præmostrensium Sacer Ordo initium habuit, Northberto Institutore, qui agentem Rhemis Callistum adiit, probarique

S. Nor.

ab

Chri. ab eo idem Institutum curauit. Calli- *thber.*
Ann. stus porrò altero Pontificatus anno *tus.*

1120. Romam venit, nec diu ibidem mora-
tus, Beneuentum, indeque in Apuliam
proficiscitur, delectum apud eam mi-
litum habiturus, ad Pseudopontificē,
qui munitionibus sese continebat, de-
turbandum. obuium, atque adeò ob-
sequentem habuit Vuillelmū Ducem, *Vuillet*
cui suo, & ipse, Diplomate paternas, *Apul.*
auitasque ditiones beneficiario Rom. *Dux.*
Ecclesiæ iure possidendas, sanxit.

Tyr. l. Rogerius interim Tancredi Filius Roger. *Roger.*
12. c. apud Orientē, prælio cum Fidei Ho- *obitus.*

10. stibus inito, vniuerso cū exercitu cæ-
sus, occubuit. cæterum victoria ela-
tis Barbaris cladem Balduinus repen-
dit; qui & sacrorum curam suscipiens, *Synod.*
Concilium Neapoli (quæ Samaria *Sama.*
olim fuit) habendum curauit. *ria.*

Chri. At Callistus Romam reuersus, co-
Ann. pijs, quas secum adduxerat, Sutrium
1121. obsidet, Pseudopontificem, qui eò se
P. Cass. receperat, Ciuium deditioe, in po-
l. 4. c. testatem accipit, auersoque imposi-
70. tum Camelo, ac Romam aduectum,
Vrsp. ludibrio Populi exponit, ac Monaste-
Chr. rio demum claudit.

Chri. Post hæc Synodum apud Lateranū *Synod.*
Ann. cogit Episcoporum amplius C C C. Roma.
1122. Sancitos porrò in ea Canones Gratia *GRA-*
tianus, qui hoc sæculo claruit, magna *tianus*
ex parte in suum Decretum intulit. *Decre-*
auditi eodem in Conuentu sunt Ger- *ti colle*
mano- *tor.*

manorum Legati, rogatuque ipsorum Legati vicissim in Germaniam missi, *Synod.* vbi, alio Vuormatiæ Conuentu habito, Henricus bona fide cum Callisto *Vuor-* *matia* in gratiam redijt, abdicatoque *Hiërici* *scoporum* instituendorum iure, Anathemate solutus est.

liatio. Exindè Pontifex Cassinum petit, Chri. atque inde Beneuentum, eodemque Ann. anno Romam repetit. 1123.

Quod vero ad res spectat Orientis, *Nicel.* *Conial* Ioannes Imp. parta de Barbaris, qui *Deipa-* *ra tri-* *umphus.* Istrum transmiserant, insigni Victo- ria Deiparâ, cuius ope vicerat, pro se voluit triumphare, eius imagine sublimi in Curru collocata, at illa triûpho ab Augusto decorata, multiplicè deinceps illi materiam tribuit triumphorû.

Baldu- *inus ca-* *ptiuus.* Porrò apud Palestinam Balduino *Tyr. l.* *12. c. 21* Rege à Turcis capto, cum iam omnia apud eam Prouinciam pessum ire viderentur, Venetæ appulsu Classis, partaque ab ea de Barbaris apud Ioppem Victoria, pristina restituedæ gloriæ spes Christianis reluxit.

Otto Otto interim Bambergensis Epi. *Chi.* *Pome-* *rania* *Aposto-* *lus.* scopus, diuino instinctu, venia ab Ann. Rom. Pontifice accepta, Pomeranos 1124. Idolorum adhuc cultores Christi fide imbuendos suscepit. porrò quos sacros ritus eos edocuerit singillatim refert Vrspergêsis Abbas, eius sub Diocesi Monachorum tum Præfectus, diuino planè consilio ad huius sæculi

Nouatores arguendos, qui hos ipsos ritus auerfantes, iudaicas superstitiones appellant.

At Callistus cum annos in Pontificatu egisset propè VI. Romæ diem clausit extremum. Comitijs itaque de more habitis; Theobaldus Cardinalis omnium, qui tum aderant, suffragijs in Petri solium euehitur, & Cælestinus appellatur. tum verò Leonis ac Roberti Frangipanum tyrannide factum est, vt, turbarum metu, Cælestinus tantum subire onus renuerit. itaque Tyrannis ipsis adnitentibus Lambertus Episc. Ostiensis, nullis legitimis tum quidè suffragijs, eadem in sede, Honorij appellatione, collocatur. cæterum & ipse Cælestini abdicatio-
ne cognita, idem præstitit, quo omnium sibi animos, ipsiusque adeò Cælestini ita conciliauit, vt communibus iam suffragijs summam ei sacerdotium delatum sit.

Balduino, vt diximus, ab Hostibus capto, Turcarum copiæ XL. armorum millia excedentes, a tribus non amplius Christianorum millibus profligantur. prælium est initum ab indicto cunctis ieiunio magno animo. processere in aciem primi, viuificum Crucis lignum, præferens Patriarcha, sacram Lanceam Pontius Abbas Cluniacensis, Lac Deiparæ Episcopus Bethleemites. his auspicijs memorabilis

Calli-

sti mon

rs.

Cælesti

nus &

Hono-

rius

simul

eligū-

tur.

Ambo

se ab

dicant

Hono-

rius ita

vt eli-

gitur.

S. Malachi. Victoria est parva. Ad hunc annum Bern. spectat Malachiae Hiberniae Episcopi in vita consecratio, cuius res praecclare gestas D. Bernardus iuculento posteris commentario tradidit.

Henrici insania. Subinde Henricus Imp. odio, ut Christus praese tulit, in Rhemensem Urbem, Ann. apud quam Ecclesiastica censura nominatus fuerat, inopinato illam aggredi, re a Ludouico Rege intellecta, delectus ab eo statim habitus, votumque D. Dionisio nuncupatum est, cuius ope insani Augusti conatus irriter cecidere; qui res iterum turbaturus videbatur, nisi, ita Deo moderante, hoc

Henrici Imp. obitus. Eodem anno occubisset. huic, quod mascula careret prole, Lotharius Dux Saxoniae, Moguntino in primis Praesule suffragante, subrogatur. caeterum Regni aemulos statim expertus est Fredericum, ac Conradum Henrici Fratres consanguineos, quorum tamen factione superior exitit.

Synod. Lodo- Eodem fere tempore Legatus ab Honorio in Angliam mittitur cuius auctoritate Synodus Londoniae est habitata, cuius Acta ab Authore hic referuntur.

Hoc tempore Oderisio Abbate Cassinensi refractario Honorij sententia gradu moto, Nicolao autem pro eo, Honorio tamen inscio, electo, turbae inde maximae exortae, quas idem ipse

ipse Pontifex, post Legatum nequicquam missum, illuc delatus ægrè composuit. eo ex tumultu nobilissimum Coenobiū, idemque ditissimum plusquam hostiliter direptum est, utroque Abbate, ad contrahendos pro se milites sacram suppellectilem distrahente. Cluniacenses quoque dirum schisma hoc eodem tempore exagitavit, cui tollendo Honorius idem impensam operam, opemque exhibuit.

Vinc. Spec. hist. l. 25. Eodem fere tempore eximia fan-
ctitatis Abbas Stephanus obiit Gran-
dimontēsis Instituti Author apud Gal-
liam, qui tamen Ordo, ut non extra *Ordo*
eam Prouinciam, ita nec extra hoc *Gradi-*
ferè sæculum viguit. *mōiēsis*

Chr. Ann. 1127. Romu. al. Chr Sequenti anno moritur Apuliæ Dux *Vuill. Apul. Ducis obitus.*
Vullemus. Eius Diones Rogerius
1127. Siciliæ Comes consanguineus inua-
dit; igitur Honorius quod ipso incon-
sulto, id ausus fuisset, Robertum Ca-
puanum Principem Apuliæ Ducem
appellat, simul copias in Rogerium
conscribit.

Legatus interim in Galliam ad Tre-
cense inibi Concilium celebrandum *Synod.*
ad Honorio proficiscitur. adfuere, *Trecē.*
eiusdem Legati accitu, magni iam tum *sis.*
nominis Viri Bernardus Clareuallen- *s Ber.*
sis, ac Stephanus Cisterciensis Mona- *nard-*
chorum Præfecti, eo in Conuentu *us.*
Templariorum nonum ante annum
institutus Ordo comprobatur.

Hoc

Bern.
in vit.
c. 5.
Chr.
Ann.
1125.
Fris.
lib. 7.
Chr.
Ann.
1126.
P. Cas.
sin. l. 4.
7. 91.

perstes, Pontificatus anno sexto moritur. eius obitu non dum vulgato, eadem die Gregorius Lateranensis Coenobij Monachus eidem subrogatur, ac Innocentius hoc nomine II. *Inno-*
 appellatur. Re comperta Episcopus *cētius*
 Ostiensis cum factiosis alijs non nullis *I. I.*
 Petrum Petri Leonis Filium ad idem
 supremæ fastigium dignitatis prouehit, atque Anacletum vocat, Schisma *Ana-*
 te æquè noxio, ac diuturno, cui tol- *clerus*
 lendo D. Bernardus corporis, ingenij- *Anti-*
 que vires omnes quodammodo ex- *papa.*
 hausit. porrò quæ indè in Ecclesiam
 mala prouenerint, quæ Principum, ac
 Populorum dissidia extiterint, ex eius-
 dem Bernardi, tum ex ipsorum Inno-
 centij, atque Anacleti, quæ extant,
 Epistolis, ac aliorum, quæ in Cassi-
 nensi Codice, non dū impresso, adhuc
 leguntur, petere curiosus Lector po-
 terit, *quas Author hic exhibet.*

Tyr. l.
13. c.
26.
 Hæc inter qui in Syria erant Chri-
 stiani, Damascum obsident. cæterum,
 quod Occidentalibus quoque aucti-
 copijs ipsi sibi plus æquo fiderent, ac
 diuina præsidia contemnere videren-
 tur, innumeris confecti ærumnis, ab-
 scedere inglorij coguntur, magna in-
 super ex parte imminuti.

Chri.
Ann.
129.
 Recefferat in Galliam Innocentius
 Ludouicum Regem, eo in schismate,
 æquissimum rerum æstimatorem na- *Synod.*
 ctus. igitur coacta Rhemis Synodo, *Rhe-*
 Ana- *mēsis*

Tyr. l.
13. c.
23.

Chri.
Ann.
1128.
Roma.
aldm.
Chr.

Chri.
Ann.
129.

Chri.
Ann.
130.

Ludo. Anacletum Anathematis Sententia, *Pisan.*
VII. ferit: Regis Filium eiusdem cum Pa- l. 1. c.
Gall. tre nominis, eo adhuc superstiti, ac 18.
Rex. volente, Regem inungit. Leodium

Lotha- exinde perit, à Lothario Germaniæ
rij in Rege exceptus. ferunt Lotharium
Pöt.ob- obuam Pontifici factum ipsius Equi
sequiū frenum sinistra, virgam dextra præ-
 hendisse, sicque illum in Urbem dedu-
 xisse. cæterum haud ità multò post,
 Episcoporum, vt vocant, Inuestituras,
 quas Romana Ecclesia per summa,
 pericula haud ita pridè vindicauerat,
 Rege importunè repetente, turbæ in-
 de maximæ exortæ sunt, quas ægrè
 tandem D. Bernardus, qua erat apud
 Reges gratia, atque auctoritate, com-
 posuit.

Baldus Sub idem tempus moritur Baldui-
ini obi- nus Hierosolymorum Rex: Regnum
tus. Fulconi Genero Turonis Comiti, om-
Fulco. nium suffragijs defertur.
Rex.

Synod. Subinde Pontifex Italiam repetens, *Chri.*
Placē- stationem primā Placentiæ egit Con- *Ann.*
tia. uentu ibidem Episcoporum habito, *1132.*
 cuius tamen Acta non extant. tum, *Pe.*
 eo peracto, Placentia discedens, *Clun.*
 Placensas defertur. pro equutus est Pon- *ep. 3.*
 tificem Lotharius, cuius auctoritate
 pax inter Genuenses, ac Pisanos com-
 posita, Innocentius in sedem suam re-
 stitutus, ac tum demum ipse Romæ *Chri.*
Lotha- solemni ritu Augustus appellatus est. *Ann.*
rius extat ipsius Augusti iuramentandi con- *1131.*
Imp. cepta

cepta formula, quo tum Pontifici ob-
strictus est, quemadmodum, & ipse
Pontificis Diploma, quo eidem Lotha- *Mathi.*
rio Mathildis olim Ditiones, non nisi *ldis Di*
ipso vivente, beneficiario iure attri- *tiones*
buit, ea insuper sub conditione, vt *sub Fe*
qui regendis Urbibus præficerentur, *udo ac*
in Pontificis verba adigerentur, & *cipit.*
annui census nomine argenti pondo
centum soluerentur.

Cæterum, quod non ultra duo mi-
litum secum millia Lotharius duxisset,
quibus Anacleti Assæclæ Vrbe pelli,
munitiones ab his infessæ expugnari
ægrè possent; Germaniam ipse, Inno-
centius Pisas, repetunt; cum præfer-
tim Rogerius interim, qui Regio no-
mine ab eo decoratus, Anacleto stu-
deret, omnia ferro, flammaque vasta-
ret.

Chri. Pisis receptus Innocentius, Conci- *Synod.*
Ann. lium inibi habendum indicit frequen- *Pisis.*
1134. tissimum, cui Bernardus Abbas, cum
cæteris, interfuit.

At Rogerius, Neapoli frustra tenta-
ta, Beneventum expugnat, quò sta-
tim Anacletus perrexit, qui Rogerij
tantum præsidio in Italia nitebatur,
apud Galliam verò Vuillelmum Aqu- *Vuill.*
l. 2. c. 6 taniæ Ducem suæ patrocinantem ca- *Aquit.*
Sur. 10 usæ nactus fuerat. Hic est ille Vuille- *Dux.*
Febr. mus, qui tam latè imperitasse dicitur, *Eius po*
Vuil. vt Hierosolymam præter innumeram *sentia;*
Malm peditum multitudinem sexaginta
7. 2. equi-

equitum millia duxisse tradant.

Is igitur hoc demum anno, qui sex-
 rus à conflato Romæ schismate nu-
 meratur, D. Bernardi in primis opera, 1135.

Mira suam ipsius pertinaciã detestatus In-
eius nocentium Legitimum Ecclesiæ Præ-
muta- fidem agnouit, ac suæ Ditionis Epi-
zio. scopos, extorres ea contentione fa-
D. Ber- ctos, restituit. ferunt Bernardum ea
nardi. demum ratione eius proteruiam expu-
potest- gnasse. accessit ad eum, & armatum
as. quidem, atque armatorũ stipatum ag-
 mine, sacrosanctum Christi corpus se-
 cum deferens. tum, propior ei factus,
 Dominum ipsius, ac Iudicem adesse,
 minacibus oculis verbisque testatus,
 tanta hominẽ consternatione affecit,
 vt humi decidens, ne feruorum quidẽ
 ministerio stare prius potuerit, quam
 à Sancto Viro pede pulsatus, surgere,
 pro imperio, est iussus.

Lotharius interim Aug. Innocentij
 accitu Italiam cum exercitu petit, bel-
 lum in Rogerium moturus.

Henrici Extremo hoc anno Angliæ Rex
Angl. Henricus moritur, cui Stephanus ex
Reg. Fratre Nepos subrogatur.

obitus. Henricũ porrò sequitur Ludouicus
Itẽ Lio Senior Gallorum Rex cognomento
d'Gal. Crassus, cuius res gestas Sugerius Ab-
Regis. bas S. Dionisij est prosequutus. fe-
 runt morti proximum, cum sacrũ Do-
 minus e-
 minici corporis Viaticum postulasset,
ritus. accedenti sacro Ministro obuiam, vi-
 ribus

P. C.
 l. 4.
 S. Be-
 nard
 vit l.
 6. 7.

ribus licet dēstitutum, processisse, ac Fidei professionem doctam æquē, ac piam emisisse: Monasticum quoque D. Benedicti indumentum, Regio de-posito, suscepisse.

Eo sublato, Ludouicus Filius, Rex *Lud. VII.* antea, vt iam diximus, appellatus, liberis Regni habenas moderandas suscepit. quo tempore Vuillelmo Du-*Vuil. Aquit. obiit.* ce, quo de paulo ante meminimus, in Compostellana peregrinatione vita- functo, eiusque Filia Eleonora, ex Patris testamento eidem Ludouico matrimonio iuncta dotalem Prouinciam deferente, Gallix Regno accessio maxima facta est.

Sunt qui tradant ea in peregrinatione Vuillelmum haud quaquam mortuum, sed, morte simulata, vulgataque, eremiticam vitam instituisse, profectumque Hierosolymam, indeque in Italiam reuersum, diutius in Hettruria delituisse, ac demum sanctissime de-

P. Cass. Bellō
Viterbium Pontifex iam concesserat; ad eum Lotharius, qui biennio in Romanis Cisalpinam apud Galliam confederare coactus fuerat, profectus, de administrando in Rogerium bello ita-*geriū.*
S. Bernard. vit. l. 2. transegit; ipse vt Pontifex, vna cum Henrico ipsius Augusti Genero, Campaniam; Augustus ipse Apuliam, inuaderent. res ex condicto foeliciter cepta, foelicius celsisse ambobus visa est

est. Prouincia vtraque deditioe ferme Ciuium recepta. cæterum, Augusto recedente, eadem facilitate amissæ sunt.

Igitur Innocentius sentiens alia sibi Berna esse consilia ineunda, Bernardû, quem rdi le- ex Gallia iam exciuerat, ad Rogerium gatio. Salerni agentem mittit. eius aduentu Rex vt non à schismate omnino recessit, ita, maxima ex parte delinitus, futuræ spem pacis haud dubiam fecit.

Ana- Moritur interim Anacletus, quo su- clati blato, qui ei studuerât Cardinales, Ro- obitus. gerio haud quaquam inconsulto, Vi- Victor ctorem (hoc eum nomine appellant) suble- substituunt. id non tam ex Schismatis giur. pertinacia, aut spe illud diutius alendi factum, quam, vt honestius tam Rogerius ipse, quam Schismatici reliqui cum Innocentio, (vt res docuit) transigerent. Omnium primus Victor ipse, Bernardo deducente, Innocentij pe- dibus prouoluit, Christi eum Vica- rium agnouit, quem alij deinceps sequuti sunt maximo Ecclesiæ bono.

Lotha- Recedentem in Germaniam Lotha- rij mo- rium, nec dum Italia egressum, in ipsis rs. Tridentinis Alpibus mors excepit.

Quod verò Is mascula careret prole, Comitij apud Confluentiam habitis, Contra præterito Henrico Genero, Conradus auslm ipsius Lotharij Sororius Rex Rom. ap- per. pellatur. missus eò fuerat ab Innocentio Legatus, qui Comitij interesset ab

ab eo igitur Cornadus Aquis, quo statim à Comitibus concesserant, solemniter coronatur, Coloniensi Archiepiscopo, cuius id erat munus, eo fungi non valente, quod (inquit Otto Frisingensis) noviter intronizatus, Pallio careret.

Hoc item anno sæculi vndequadra-
gesimo Synodus ab Innocentio Ro-
mæ cogitur longe frequentissima Epi-
scoporum ferè Mille eius XXX extant

d. 90. e.
pen. 12

Synodo
Episco
porum
M.

q 2. c. Canones, quorū aliquot apud Gratianum leguntur. eadem in Synodo Anathematis sententia in Rogerium est lata, cui & bellum postea inferre necessesse fuit, ex quo tamen, præter spem omnem, pax statim orta est.

q 4. c. Decesserat Rainulfus, qui Apuliam partem maximam, Pontificis concessu, obtinebat. eius statim Ditiones Rogerius inuasit. Innocentius tum, delectu habito, in Rogerium arma ipse met infert, sed pari euentu, atq olim in Guiscardum Leo. quippè ex insidijs à Vuilhelmo Filio captus, honorifice tamè est habitus, cultusq pro merito ab Hoste, qui non secus, ac si victus ipse fuisset, pacis condiciones dici à Captivo est passus, igitur, contracta solutus noxa Rogerius, Regis nomen, malè antea partum recipit. Regnum beneficiario iure obrinet, atque in Pontificis verba per Sacramenti religionem adigitur.

sin.
Fris.
ibid.

Inno-
cētius
pp. ca
pus.

Extat Innocentij ea super re Diploma
X ma sub se-

*udo ac ma, ab Authore huc allatum apud
cipit. eum legendum.*

His peractis, Innocentius Urbem re-
petit, nec modo vti victor, sed quasi
triumphator excipitur. quò postquam

Tēplū peruenit, pro triumphali Fornice D. Ma-
S M. riæ trans Tiberim Basilicam poenè
trans collabentem, solo deiectam, in eam,
Tiber. qua nunc visitur, formam à funda-
mentis restituit.

P. Aba Hoc tēpore Petrus Abailardus apud Chri
Ann.
1140
Bern
viti
ilard Galliam, illiusque disciplinæ Alumnus
Arnald Arnaldus Brixienfis apud Italiam, præ
ius Bri ua cum de fide sentirent, docerent-
xiēsis. que, D. Bernardi in primis opera de-
Dānā- tecti, atque exagitati, Romani Pont.
tur. sententia damnatur, editique ab eis li-
bri concrematur. Petrum porrò non
ab hæresi tantum recessisse, sed inter
Cluniacenses Monachos receptum,
innoxiam ibidem duxisse vitam, san-
ctoque demum fine quieuisse, ex Pe- 115. pp
20.
tro Sanctissimo eius Instituti Abbate
exploratum habemus.

Potitus haud ita pridem Neapoli,
deditione Ciuium, fuerat Rogerius; Fale
Chr.
Bene
Neapo igitur Urbem triumphali pompa post-
lis am- quam iniit, eius metiri ambitum vo-
bitus. luit. fuit autē passuū MMCCCLXIII.
quod ideo dictum voluimus, vt con-
stet, quam longè eo tempore abesset
ab ea, qua nunc visitur, amplitudine.

Bellū Defecerant dudum à Pontifice Ti- Chri
Ann.
1141
Tibur- burtes; ea de causa cum Romanum
tinum quo-

Frisin. quoque agrum infestum haberent, ob-
l. 7. c. lessi à Romanis sunt. cæterum, cum

27. obsidio procederet negligentius, eru-
ptione ab Hostibus facta, Romani tur-
pem in fugam, exuti Castris, vertun-
tur. ex hoc prudentiores simul, atque
audentiores redditi, obsessos iterum
arctius Tiburtes, ad deditiōnem impel-
lunt. porrò cum pacis conditionem
nullam, nisi Vrbe diruta, Ciuium mi-
gratione præuia, Romani admitterēt,
miseratione ductus Pontifex, veniam
petentibus dedit, Romanis licet recla-
mantibus, quorum idcirco ira, ab ho-
ste, in Pontificem versa est. ergo, se- *Seditio*
ditione, in Vrbe, maxima excitata, *Roma.*
Romani à Pontifice deficiunt, vete-
rem Ciues libertatem inclamant, pri-
stinos reuocant magistratus, sacrorum
tantum procurationem Pontifici re-
linquunt; quæ res mortē illi, ex moe-
rore, peperit, & Successores dein-
complures exercuit. verum Innocen-
tij mors biennio ferè post sequuta est,
vt suo loco referemus.

Chri. Orta interim inter Innocentium, ac *Papa*
Ann. Ludouicum Gallia Regem conten- *et Gall*
1142. tio, quod Hic Bituricensem Archie- *Regis*
Apped piscopum, se inscio, ab eo missum re- *dissidia*
ad Si- cipi vetuisset; Petro Cluniacensi Viro *um.*
geb. eximio intercedente, composita est,
Bernardo quoque adnrente.

Eodemque tempore, Hierosolymæ *Fulce-*
Rex Fulco, equo, ex venatione, lapsus, *nis mo*

interijt, suo ipsius ense, vt quidam tradunt transfossus, Balduino Filio adhuc impubere Regni hærede relicto.

Subindè Innocentius dum Romanos Ciues à seditiosis consilijs reuocare omni ope nititur, laborare sese incassum animaduertens, quod antea inuimus, ex animi potius, quam corporis ægritudine oppetijt, cum annos sedisset paulo amplius XIII.

*Innoc.
obitus.
Cælesti
nus.*

Altera dein die qui Romæ erant S. R. E. Cardinales seditiosorum metu Ciuium, nil cunctati, Cælestinum hoc nomine secundum, vel si alium, qui Pontificatu sponte cessit, adnumeret, tertium, Pontificem appellant.

Io. Im. Moritur hoc eodem anno Ioannes per. obi. Græcus Imperator, cū annos regnasset quatuor fere, ac viginti. porro ex leui eum vulnuscule perijsse tradunt ab euerfa inter venandum faretra venenatæ cuspidi manu impacta; cum enim Medici præcidi manum iuberent, abnuuit negans, tantum Imperium regi vna manu posse.

Manu el. Im. Ioanni Manuel natu minor Filius, per. ex ipsius Patris destinatione, subrogatur, Isaacio præferocis ingenij Iuvene submoto.

Cælesti At vero Cælestinus, sexto non dum Pontificatus mense exacto, vita functus, Successorem habuit Lucium huius nominis II. Bononiæ natum, atque inter Canonicos, quos vocant, Regula-

*Chri.
Ann.
1143.*

*sup. ad
ad.*

1124.

Epist.

7. c. 28

Tyr. l.

15. 6.

23.

1144.

gulares, educatum. Hunc seditiosi Romæ Cives indignis plane modis exagitarunt. verum enimvero dum resiliunt domestici, Deo moderante, externi accurrunt; quippè hoc ipso tempore Lusitanæ Dux Alfonsus Prouinciam Rom. Ecclesiæ vectigalem fecit *Alfon- sus lu- sus lu- sus lu-* annuo eidem censu constituto. *sci. dux*

Tyr. l.
16. c. 8. Balduini Adolescentis auspicijs biennium iam regnantis Christianorum copiè in Arabes profectæ, maximaque in discrimina coniectæ, diuina demum ope, incolumes Hierosolymam reducuntur.

Chri.
Ann.
1145. Exacto non dum anno Lucius quo *Lucij* que sedandis Romanorum turbis im- *obitus.* par, ex mærore animi, seu, quod alij tradunt, ictu lapidis, ex concitata in eum Plebe, diem clausit extremum. huic statim sublegitur Eugenius ex D. Ber- *Euge- nius* nardi disciplina Monachus, ac tum *III.* quidè Monasterij suburbani ad Aquas *III.* Saluias siue ad tres Fontes, Præfectus.

Is concitatae furorem multitudinis vitare satius ducens, Viterbium concessit; qua in Vrbe non ex Anglia modo, sed ex Armenia quoque, ac Syria honorificas excepit Legationes. cum autè ex Syriæ Legatis audisset Edesam nobilem eius Prouinciæ Urbem in hostium potestatem recidisse, remque imbi Christianam in maximum discrimen adductam, Gallia Regem Ludouicum, aliosque Christianos Prin-

Chri.
Ann.
1143.

sup. ad
ad.
1124.
Fris. l.
7. c. 28
Tyr. l.
15. c.
23.

Chri.
Ann.
1144.

Synod. Carno ti. cipes ad sacrum Bellum suscipiendum sollicitare instituit, cuius rei gratia Synodus apud Galliam indicitur *Chr. Ann. 1146.* Car. noti celebrandum; quod non ante sequentem annum coactum est, qui sæculi fuit sextus, ac quadragesimus. extant hac de re D. Bernardi Epistolæ complures quibus totius Europæ Populos, ac Principes ad sacram expeditionem adornandam hortatus est.

Sacra expedi tio. Post hæc Eugenius ipse duos ea susperre Legatos S. R. E. Cardinales eligit. tum Conradus Rom Rex eodem & ipse excitatus Classico innumeris stipatus copijs, ac Principibus Germaniæ Viris, ipse Byzantium cepit; quod & Ludouicus Rex præstitit post exceptum Parisijs Eugenium. *Chr. Ann. 1147.*

Porro Eugenio apud Galliam morante, Gilbertus Pictaviensis Episcopus, atque Henricus Petrobusianus, novas hæreses disseminantes, Ecclesiastica censura notati sunt, quod tamen non nisi sequenti anno gestum *Chr. Ann. 1148.* est, Synodo apud Rhemos celebrata, qua & Eudo quidam Hæreticus insanissimus damnatus est, aliaque ad morum normam decreta, *qua ab Authore huc allata, ex eo peti possunt.*

Galli & Germani Hiero-solyma. Gallorum interim copiæ, Ludouico Rege deducente, mox Germanæ sub Lothario, Vere ineunte, Hierosolymā perueniunt. cæterum tanta belli moles, qua terrarum Orbis subigi tum pos.

posse videbatur, Regum, ac Militum discordia, siue incuria, in nihilum statim recidit. itaque vertete anno Conradus Byzantium profectus, in quoque cum Manuele Aug. in Rogerium foedere, Græca instructus classe, in Italiam venit.

Chri. Ann. 1146. Exinde Ludouicus, dum & ipse in Galliam nauigat, à Græcis captus, à Siculis mox ereptus, in Regnum solum reuertitur.

Hoc tempore Rogerij Classis Byzantium vsque delata, Regias ipsas in ædes tela intorsisse, regijsque ex Hortis poma decerpisse, summæ sibi gloriæ duxit.

Belli sacri infoelix, non inanis modo expeditio D. Bernardi illius promotæ famæ laud parum detraxit. hac de re ipse S. Viri Apologia omnino legenda, qua ex sacris literis exemplis appositè admodum petitis, & rationum pondere non tam se ipsum, quam inscrutabilia Dei consilia à prauis mortalium iudicijs, atque obreftationibus vindicat.

Chri. Ann. 1147. Per idem ferè tempus Henricus Gallicæ Regis Frater eiusdè Bernardi opera, regijs pompis valere iussis, Cisterciensis Monachus efficitur: quamquâ postea Bellouacensis Episcopus electus, ratam eam electionem habere ipso Bernardo, ac Romano Pontifice iubentibus, coactus est.

Chri. Ann. 1146.

Chri. Ann. 1147.

Chri. Ann. 1148.

P. Clu- Italiam Eugenius repetierat, cum Chri-
niacē- eum Petrus Cluniacensis Abbas con- Ann.
sis. uenit ex Gallia, iniuriam ab Vgone 1150.
 quodam illatam exposulans, qui in P. Clu-
 edito prope suum Monasterium col- ep. 46.
 le munitum à natura, atque arte Ca- 47.
Mi- strum extruebat. Is, Pontificis etiam App^l
vii de monita cum neglexisset, Anathemati ad St.
Hugo- subiectus, diuinam statim vltionem, geb.
ne. omnium cum admiratione, expertus
 est; quippè, terræ motu excitato, ædi-
 ficium ita corruit, vt, tellure inibi,
 hiatu maximo, fatiscente, absorptum
 sit. confluyente dein aqua, hiatus ipse
 in Lacum ebullijt.

Hoc eodem tempore Siciliae Rex
 Rogerius Vxorem, ac Filios subindè
 quatuor, iteratis funeibus, extulit. su- ep. 18.
 perest Petri Cluniacensis epistola, qua l. 6.
 illum ea de re solatus est, hortatusque
 ad bellum aduersus Manuelem profe-
 quendum, qui Gallorum copias ipsum-
 que adeo Regem Ludouicum malè,
 vt diximus, haud ita pridem, accepe-
 rat.

Altero, ac quinquagesimo sæculi an- Chri-
 no Ludouicus Gallia Rex, tum Fride- Ann.
 ricus Sueviae Dux, postea Augustus, 1151.
 cum Vxore quisque suae, ob sanguinis
 coniunctione, coniugium soluere co-
 guntur. eodemq. anno Henricus Finlã- 16. Ob
 diae Episcopus, vbi eam Gentem ad l. 19.
 Christi Fidè traduxisset, impiorum graf- 3.
 fatione, Martyrij palmam adipiscitur.

Hoc

Hoc item anno Gratianus ex D. Be. *Grati-*
nedicti disciplina Monachus Bononiē- *ani De*
fis Monasterij Alumnus, Clusij tamen *cretū.*
apud Tusciam natus, compactum a se
Decretorum opus edidit. porro quæ
eodē in Codice dicuntur Paleæ, cuius
nam Authoris opus sint, alijs disqui-
rendum relinquimus.

Chri. Moritur interim Conradus Rom. *Conra*
Ann. Rex ab inito Principatu anno XIII. *di obi-*
1152. qui tamen Augusti nomen, atque infi- *tus.*
Fris. gnia a Rom. Pontifice nunquam ade-
in Fri- ptus, inter Imperatores cenleri nequa-
d. l. I. quam solet. extinctus est non sine ve-
c. 63. neni, suspicione a medicis, quos ex Ita-
lia acceperat, Rogerij suasu, propinati.
tradit Otto Frisingensis, qui tum ade-
rat, sepultū eum iuxta Henrici tumulū *Hēricū*
Bambergæ, additque obiter Henricum *Imp.*
ipsum haud ita pridem inter Sanctos *canoni-*
ab Eugenio relatum. extat Apotheosis, *zatio.*
cuius Diploma ex Bambergēsi Chro-
nico ab Authore hic descriptum, con-
sule.

Hoc ipso tempore Bernardus au- *S. Ber.*
reos illos quinque libros quos *de corā libri*
fideratione inscripsit, ad Eugenium *de cō-*
transmisit, quibus non ipsum modo *fid.*
Eugenium, sed Pontifices, cum ipso,
omnes informat.

Fris. l. Conradi obitu Germaniæ Regnum *Frideri-*
a. c. I. Friderico, quem diximus, Sueviæ Du- *ricus*
ci ex Fratre Nepoti, Comitij ea de *Germa-*
xi habitis, desertur; eiusdem nominis *Rex.*

Conradi Filio immaturæ adhuc ætatis Adolescente prætermisso.

Ab eo statim missi sunt ad Eugenium Episcopi Treuirensis, ac Bambergensis, per quos concordia inter utrumque est inita, cuius *Instrumentum ex Vaticanis scriptis ab Authore huc affertur.*

Roger. Sunt qui tradant hoc eodem anno *obitus.* Rogerium quoque decessisse, cum alij post biennium contigisse id affirmant. utcumque, eo sublato, Regni iura ad

Vuil- Vuillelmum Filium deferuntur.

belmus. Sequenti anno datum reperitur Eugenij Diploma, quo quartam oblationum partem, quæ super Confessione S. Petri, ex more, fierent, eius Basilicæ Canonicis attribuit. Eodemque anno *Chr. Ann. 1153. Fris. 2. c. 9.* Cardinales duo ab eodem Eugenio in Germaniam missi, Moguntinum Antistitem Henricum, causa cognita, deponunt, atque Arnoldum eiusdem Ecclesiæ Cancellarium substituunt.

Eugenij obitus. Post hæc Eugenius ipse moritur Tiburi, cum annos seditet paulo amplius VIII. pluribus eum post mortem illustratum miraculis tradit Gofridus huius temporis Author. *ad fin. VII. S. Bern.*

Altero ab Eugenij obitu die, miraculorum concordia, Anastasius eligitur, qui hoc nomine IV. numeratur.

IV. *S. Ber. obitus.* Obijt hoc eodem anno maximum Ecclesiæ decus, ac fulcimentum Bernardus Abbas Clareuallensis sexagenario.

nario maior, quem omnium ore, ac scriptis commendatum silentio venerari, quam minus pro dignitate laudibus exornare satius duximus.

Chri. Anastasius porro, nulla re memo- *Ana-*
Ann. rabiligesta, mortem obit, sexquian- *stasij*
1154. num, plus minus, cum sedisset. *mors.*

Huic sublegitur Hadrianus huius no- *Hadri-*
minis. IV. apud Angliam natus, quem *anus*
Eugenius Romæ detinuerat, atque *IV.*
Episcopum Albanensem consecra-
uerat.

Fris. l. Hoc ipso tempore Fridericus in- *Frider-*
2. c. 11 Italiam descendit, utque Tyranni no- *ricus.*
men effugeret, ex itinere iustitiæ spe- *in Ita-*
cimen edidit, pecunia Ecclesijs red- *liam.*
dita, quæ prædæ à militibus subiecta
fuerat.

Tyr. l. Orta interim inter Almaricum An- *Antio-*
16. c. tiochiæ Patriarcham, ac Rainaldum *chia*
1. c. Principem contentione, ab hoc ille in *Princ.*
16. carcerem coniectus, plusquam tyran- *seui-*
nicè est habitus; quippè, ut alia sæui- *ria.*
tiæ documèta fileantur, melle delibu-
rus, ardentissimo sub sole muscis, alijs-
que infestis animalculis expositus est.

Chri. ultus est tamen Tyrannum Deus, què
Ann. in hostium potestatem venire, ac mi-
1155. ferrimam apud eos seruitutem seruire
permisit.

Vuillelmus interim Rogerij Filius *Vuil-*
Beneuentum, aliaque Pontificiæ ditio- *lasmus*
nis oppida cum inuasisset, atque ho- *excom-*
stilitè diripuisset, solemni ritu ab Ha- *muni-*
X 6. *dria. calur.*

driano excommunicatur.

Fridericus At Fridericus aliquandiu apud In- *Frict.*
subriam subriam moratus, Romam contendit. *2. 6. 20*
Roma. obuium habuit ad Neperam Hadria-
Eiusin num, quo loco Pontificiæ maiestatis
Pont. species renouata est, Rege illum de-
obsequ ducente, ac descendente ex equo sta-
ium. pedam manu tenente; exin eodem
 cum Pontifice Romam progressus,
 Romanorum Legatis contemptui ha-
 bitis, Augustales titulos inani iactan-
 tia deferentibus, Augustus à Pontifice
Augustus ap in ipso Principis Apostolorum Templo
pella inauguratur. id ubi primum Romani
aur. milites, qui Æliam Arcem præsidio te-
 nebant, persensere; in Urbem Leoni-
 nam infesto agmine irrumpunt, Ger-
 manos milites in fugam vertunt, vicif-
 sinque ab illis vires, atque animos
 resumentibus, intra munitionem re-
 pelluntur.

Ger- Redeunti quoque in Germaniam
maniã Augusto expedienda non semel arma
repetit fuere. Spoletanis in primis eum aggre-
 di haud verentibus; tum Latronibus,
 magno numero, Alpium fauces obsi-
 dentibus.

Diris, ut diximus, à Pontifice deuo- *Chri.*
 tus Siciliae Rex Vuillelmus, rebellantes Ann.
Ponti- statim Populos, ac Regni Proceres 1156.
fex Be expertus est. his, ut animos, viresque *Tyr. 1.*
reueris Pontifex propius subministraret, Be- 18. 6.
 uentum perrexit; hic à Rege, qui apud 8.
 Apuliam paulo ante aduersus Græcos *Frifl.*

102- 2. 6. 29

foeliciter pugnauerat, obsessus, iniquas *Obside*
Pacis condiciones subire cogitur, eam *sur.*
in primis, qua, qui in Regē arma sum- *Iniqu-*
pserant Proceres, ab ea exclusi, in ma- *as cō-*
ximum vitæ, ac fortunarum discrimen *ditio-*
adducti sunt. horum non nulli ad Fri- *nes su-*
dericum profecti, Capuanus tamen *bit.*
Princeps, dum fugam, & ipse, medi-
tatur, captus, ac luminibus orbatus,
diro carceri est mancipatus. extant ip-
sius Pontificis, ac Regis Diplomata,
firmatique foederis pacta, *ab Authore*
huc allata, quibus Rom. Ecclesiæ di-
gnitati, ac commodo utcumque con-
sultum est.

Beneuento Pontifex Urbem uete-
rem profectus est, atque inde Viter-
bium, eodemque anno Romanis Ci-
uibus illius desiderium non ferenti-
bus, Romam repetijt.

Tyr. l. Quo tempore Balduinus Hieroso- *Baldus*
18. c. lymorum Rex, pactā cum infidelibus *in uis u-*
xi. pacem frangere haud veritus, insigni *citur.*
ab eis clade affectus est.

Chri. In initum superiore anno cum Vuil-
Ann. lelmo ab Hadriano foedus, tum acro-
1157. res hoc anno datæ ab eodem Hadria- *Dissidi-*
no ad Fridericum literæ, ac Legatio *um in-*
instituta, discordiam inter eos maxi- *ter Pō-*
mam conflagravit. rem gestam fusè tradit *tis. G-*
l. r. c. 8 Radeuicus eius temporis scriptor, *Imp.*
e seqq. ex eo Author, quos require, remque

Chri. ipsam aqua lance iute Lector perpēde.
Ann. Infesto in Pontificem animo Italiam
1158. repe-

repetebat Fridericus, cum noua ab eo *Rade.*
 Legatione audita, pacatior tum qui- *l. 1. c.*
 dem est redditus, castrisque inter Pla- *23.*
 centiam, ac Cremonā promotis, Con- *Ott.*
 uentum Italiae Procerum Roncaliæ *Mor.*
 habuit, cui, cum cæteris interfuere, *Chr.*
 quatuor insignes ea tempestate Legū *Laud.*

Insig- Doctores, qui Bononiensem Acade-
nes In miam illustrabant. hi fuere Bulgarus,
nisperi Martinus, Hugo, ac Iacobus; de qui-
zi. bus huiusmodi extat Guarnerij æquē
Guar- celebris, ac paulo antiquioris I. C. te-
nerij stimonium, quos suæ fortasse disci-
de ijs plinæ Alumnos habere se gloriari hoc
testi- pacto voluit.

moniu. *Bulgarus os aureum: Martinus co-*
pia Legum:

Hugo mens Legum: Iacobus est
quod ego.

Quorum postremum (à Petro etiā
 Blesensi egregiè laudatum) qui recen- *ep. 173*
 tiorum Iurisconsultorum Vitas con-
 scripsit, mirum cur præterierit.

Vix conciliata inter Pontificem, atq. *Chri.*
 Augustum pax fuerat, cum nouis dis- *Ann.*
 fidij causis subortis, iterum discussa. *1159.*
 est. Sedatæ nihilominus sunt turbæ

Hadri Hadriani morte, qui haud ita multò
ani obi post Anagninæ, ex Angina, repentino,
ius. ac violento in primis morbo, decessit;

quo factum, vt Augusti partium Schif- *v. r. p.*
Fabu- maticus Author eam sit fabulam com- *Chr.*
la de mentus, Hadrianum ex attracta in fau- *1160*
eo. ces musca fuisse strangulatum. Huic *Rade*
sub-

sublegitur Alexander Senis apud Tu-
sciam natus, non tamen sine schismate *Alexã*
per Octavianum Tic. S. Cecilie Car- *der III*
dinalem conflato; qui Pontificatum *Schis-*
spe improba cum deuorasset, ubi ea *ma.*
se deiectum sensit, Pontificale, ut vo-
cant, *Mantum* Alexandro per vim de-
traxit; ex quo illum postea per ludi-
brium pueri vulgari, qui iam tum vsur-
pari consueuerat, sermone *Smanta-*

Rade. *compagnum* vocitarunt. Pontificatum
l. 2. c. porro adeptus Alexander, nihil prius
51. habuit, quam ut Fridericum in Insu- *Frider-*
bria adhuc agentem Legatione ad eum *rici ar-*
missa; sibi conciliaret, at ille nec Pon- *vogant-*
tificis literas legere, nec recipere *Le-tia.*
gatos voluit; quos insuper per sum-
mam amentiam, ac furorem, suspen-
dio necare, ni, qui apud eum erant Pro-
ceres, vetuissent, in animum induxe-
rat. cæterum eorundem postea Prin-
cipum Virorum suasu & Legatos ad-
misit, atque audiit, & Alexandri re-
citari sibi literas permisit.

Moritur hoc eodem tempore Otto *Otto*
Episcopus Frisingensis, cuius luculen- *ep Fri-*
tam historiam, quem diximus, Rade- *sigēsis.*

Sur. 7. uicus prosequutus est. Roberti quo-
Iun. que Cisterciensis apud Angliam obi-
Chri. tus huic anno adscribitur.

Ann. Nouo subeunte anno indictum ab Conci-
1160. Augusto Ticini Conciliabulum cele- *liabu-*
Rade. bratur. interfuere Episcopi, licet, ex *lum.*
l. 2. c. vniuerso Occidentali Orbe acciti, nō
61.

am-

amplius L. adfuit Octavianus ipse,
Victor qui Victoris nomen assumpserat, &
Anti- Friderici gratiam abundè iam nactus,
papa. quantumvis Romæ contemptui habi-
 tus, ac p̄ ebeculæ vocibus traductus,
 pro Põtificè se gerebat. Augustus ipse
 præfatus penes se esse ius Cõcilij indi-
 cendi, habendique, liberaliter se tamè
 acturũ testatus est. omniaq. Episcopo-
 rũ iudicio reſeruatũ. hæc loquutus,
 Cõuenticulo abſceſſit. agitata eſt igitur
 Alex. ndri, ac Victoris cauſa. tum il-
 le, quaſi contumax damnatur, Põtifica-
 tus Victori adſtruitur. Acta ipſa apud
 Radeuicum licet non integræ Autho-
 rem fidei, extant, quæ aliqua ex parte
Vuill. à Vilhelmo quoq. Neubrigenſi eiufdẽ
Neu- temporis Scriptore, ſincerius haud du-
brigen biè, traduntur. Sanè Radeuicus ad-
ſis. ditamentum illud ſuum ad Ottonis hi-
Rade- ſtoriam ipſi Friderico inſcripſit, quem
uicus ſummis, vt par erat, laudibus extollit.
hitori- quamquam ſubit cogitatio idcirco ip-
cus ſum hiftoriæ ſuæ finem hoc ipſo tem-
 pore impoſuiſſe, quod, Schiſmatico-
 rum fraudibus detectis, conſcientiæ
 ſtimulis veluti repercuffus, cum vera
 non auderet, falſa ſcribere reformida-
 uerit. quod ipſum, niſi fallor, in Gun-
Guarte. tero quoque Ligurino vltu venit, qui
rus Li- hæctenus Friderici res geſtas vincta
gurin. Oratione, decem libris comprehen-
Poeta. ſas, proſequutus, argumenti inopia,
 aut turpitudine, conticuit; teſtatur

nihilominus Alexandrū Legitimū Petri Successorem, Victorem, qui per ostium non intrauerit, furem fuisse, ac latronem. sed hæc extra historiā satis.

Sequuta Concilium sunt atrocissima Augusti edicta, quibus sacri æquè, ac profani Populorū Rectores ipsius Idolum adorare, ni faxint, exulare sunt iussi. ea de causa Episcopi complures extorres acti, suas ipsorum Ecclesias Schismaticorum Antistitum prædæ exposuerunt. præcipuus sacrilegi Conuētus Promotor fuerat Arnoldus Moguntinus. Is igitur, eo soluto, Moguntiam reuersus, quod Ciuibus ob Tyrannidem exosus esset, concursu Populi, ultore Deo, interemptus est.

Sigeb.
appēd.

Chri.
Ann.

1161.

Sur. 10.

3.

Altero pontificatus anno non dum expleto Alexander Eduardum sanctissimum Angliæ olim Regem, ante annos fere centum vita functum, sancto numero adscribit. cuius rei extant memoria Diplomate, quod post eiusdem Regis vitam legitur.

appēd.

Sigeb.

Pax interim firmata est inter Ludouicum Gallix, atquæ Henricum Angliæ Reges; tum in suo, eorum quique Regno, Concilijs ea de re habitis, Alexandrum legitimū Christi Vicarium agnoscunt, æmulum, ut sacrilegum, execrantur. Quo tempore idem Pseudopontifex, ac Fridericus Imp. Conuentum iterum Episcoporum Laude celebrant.

Ott. mo
ren.

Per

Vual- Per idem tempus Daniæ Rex *Vual-*
dema. demarus per Absalonem Roschilden-
Dan. sem Episcopum apud Rugianos, alios-
Rex. que finitimos Populos, sublato, qui
 adhuc supererat Idolorum cultu, Chri-
 stianam Religionem longè, latèque
 propagauit. operam quoque, ac stu-
 dium eam in rem contulit Saxo co-
 gnomento Grammaticus, qui eiusdem
Saxo
Gram-
matis
cus. Roschildensis Ecclesie Prepositus erat,
 quique Historiæ Danicæ libros XVI.
 conscriptos reliquit.

At vero Alexander minus se in Ita- *Chri.*
 lia tutum à Friderici armis, atque in- *Ann.*
Alex. fidijs sentiens, Galliam petit. eò cum 1162.
in Gal- peruenisset, non Ludouicus, modo *Neub.*
liam. Rex Gallix, sed Henricus quoque *l. 2. c.*
Reges Angliæ prestò illi ad Ligerim fuere. *14.*
duo il- non alia augustior Pontificiæ Maiesta- *Appèd.*
li oc- tis species visa est, ambo Reges, haud *Sigeb.*
currūt ita pridem inter se conciliati dextra,
 leuaque incedentes pedites ipsi equi-
Vtrius tantis Pontificis equi frenum tenentes
que ob manu ad destinatum Hospitium de-
sequiū duxere.

Hoc eodem anno Theobaldi obitu *Su. 19.*
Thom. Thomas ex Regni Cancellario, Can- *Decèb.*
Cæna tuariensis Archiepiscopus inuitus le-
riensis. gitur.

Recesserat Parisios Ludouicus, eum *Chri.*
Lud. Pontifex, Turonense Concilium ce- *Ann.*
Regis lebraturus, iterum sibi adeundum cen- *1163.*
in Pöt. suit. obuium igitur illum ex more ha- *Robet.*
obse- buit ad sextum ferè ab Vrbe lapidem, *app. ad*
quiū. vbi *Sigeb.*

Neub. vbi Rex, Pontificem conspicatus,
l. 2. c. equo statim desiliit, accedensque
15. equitantis stapedam manu præhendit,
pedemque osculatus est.

Exindè ad IV. Kal. Iun. indictum ab
Alexandro Concilium celebratur, cui *Synod.*
interfuisse dicuntur Cardinales XVII. *Turo-*
Episcopi CXXIV. Abbates CCCC- *nensis.*
XIV. inferioris ordinis Clericorum,
ac Laicorum innumera multitudo. san-
citi in eo Canones in ipsius Alexandri
rebus gestis leguntur, quos consulere
studiosus lector poterit.

Eo ex Concilio in Angliam redux
Thomas Cantuariensis non vnam ob
causam Regis offensionem subiit. erat
sanè Henricus non iræ tantum obno-
xius, sed furori, de quo, qui eius mo-
res exploratos habuit Petrus Blesensis; *Hæric.*
Agnus est, inquit, dum placari est ani- Angl.
mi, leo vero, aut Leone iraculentior, Regis
dum vehementius exardescit. de quo, mores.
& inter alia illud traditur; cū aliquan-
do Ricchardum quendam alloquere-
tur; qui Regis Scotiæ, quo cum ipse
inimicitias exercebat, patrocinium
quodammodo suscipere videbatur,
ira percitus, proditorem illum appel-
lans, pileum proiecit, balthei discin-
xit, pallium, ac vestem, quibus erat
indutus, abiecit longius; insuper lecti
stragulum deiecit, tum stramen ipsum
mandere coepit; vt dignoscas Le-
ctor quanto periculo Sanctus ei Epi-
sco-

SCO-

scopus aduersaretur, obfisteretue, nec mireris cum funestam mox Tragœdiam spectabis.

Balduni obi- Hoc pariter anno Balduino Hiero- *Tyt. l.*
us. solymorum Rege vita functo, Almari- *196.1*
cus frater succedit.

Alma Subit annus huius sæculi quartus, *Chri.*
ricus ac Sexagesimus nõ Anglicanæ modo, *Ann.*
succe- sed vniuersæ Catholicę Ecclesię ætū- *1164*
dit nosus; quippè Rex furens, non in san-
Thom. ctum Archiepiscopum tantum inuehi,
Cælia atque adedò insanire, sed in ipsum quo-
riësis. que Alexandrum Pontificem instituit,
res hoc anno, ac sex fermè sequenti-
bus inter ipsum Regem, ac Sanctum
Præsulem, siuè eius causa transactę
tot veluti ambagibus inuoluti sunt, vt
paucis referri vix possint. *Author*
non ex vno tantum Scriptore petitas
fusè admodum eo, quo gesta sunt, or-
dine ad annos singulos recenset. ex his
nos subinde al qua ex multis, pro in-
stituti nostri ratione attingemus.

P. Lom Moritur hoc anno Petrus Lombar-
bardus dus Parisiensis Episcopus, cuius opus
Mag. sunt Sententiarũ libri quatuor tot do-
senten- ctorum Virorum Commentarijs illu-
tiarũ. lustrati. fuit Is Nouaniensis, vt hinc
eos refellas, qui ipsius Fratres fuisse
contendunt Gratianum genere Tuf-
cum, ac Perum Comestorem Patria
Trecensem. quod D. etiam Antonii- *pat.*
Alex. ninus animaduertit. *111.11*

Vrbem Obierat Lucæ Hetrurię Vrbe Osta- *e. b.*
repetit uia-

Chri. uianus Pseudopontifex, itaque Ale-
Ann. xander Romanorum ciuium precibus
1165. fatigatus, Romam reuersurus, inter ag-
greditur ipso Paschali tēpore; Urbem
tamen, non ante Autumnum, omnibus
ordinibus obuiam effusis, ouans inijt.
id cum perlatum ad Fridericū fuisset,
qui, ex perenni in Alexandrum odio,
Idolum alterum iam erexerat, quem
Paschalem appellauerat, amaras ad- *Paschas*
modum literas ad Cardinales, qui Ale- *lis An-*
xandro studebant, ac reliquum Ro- *tipapa*
manum Clerum dedit; Herbipoli tum
Ann. Conuentu habito, Idolum ipsum Or-
1166. bi vniuerso, si Deo placet, adoran-
dum proposuit: reuentibus, siue Cle-
ricis, siue Laicis, indicta poena. His *Frider-*
peractis tertio iam Italiam repetit, vt, *ricus*
quem promouisset, Paschalem, in Pe- *Italiæ*
tri folio, Alexandro, si fas, deiecto, col- *repetit*
locaret. Verum quod Anthonam haud
ita pridem Græcus Augustus occu-
passet, ei obsidendæ moram nectere
coactus est.

Eodem fere tempore Vuillelmus Vuillel-
Rex Sicus diem clausit extremum, *mi obi-*
cui eiusdem nominis duodennis Filius *tus.*
succedit egregiæ tum quidem indolis *Vuill-*
adolescentulus, à qua *Bonus* postea *mus al-*
cognomento est dictus, quamquam *ter.*
non eodem semper tenore bonitatis
regnauit.

Dissidia, quæ diximus, inter Angliæ *Alex.*
Regem, ac sanctum Archiepiscopum *cōstan-*
Tho- *tia.*

Thomam eò venerant, vt Hic solum
 vertere coactus fuerit. porro quod
 Alexander Pontifex Regis gratiæ ali-
 quid tribuere, Successorem Thomæ
 dare constantissimè abnueret, illius &
 ipse odium acerbissimū, hac de causa,
 subiit, quo factum, vt iræ impotens
 Rex Friderici Augusti, quem infensissi-
 mum Alexandro sciret, amicitiam,
 conciliatis etiam inter amborum Fi-
 lios nuptijs, expeteret.

Tusculani post hæc Romanos, ar-
 ma, ex veteri odio, inferentes non re-
 pulerunt modo, sed, Germanis auxi-
 lio vocatis, clade maxima affecerunt;
 tum consternatam ea de re Urbem
 Augustus ipse aggressus haud segniter
 nihilominus Ælia ab Arce repulsus,
 Vaticano potitus est Templo. Alexan-
 der, fuga elapsus, Beneuentum, suæ
 fugit. ditionis Urbem, peruenit.

At Paschalis, Viterbio Romam de-
 latus, eodem in Templo sacris opera-
 tus, Augustum ipsum, ac Beatricem
 Coniugem aureo iterum Diademate
 redimiuit.

Fœda exindè lues maximam Ger-
 manorum militum partem absumpsit.
 itaque Fridericus ac Paschalis Vrbe
 recedentes, Hic Viterbij substitit, Il-
 le in Insubriam perrexit.

Ad hunc annum spectant sanctissimi
 Archiepiscopi Thomæ è Gallia in An-
 gliam, atque Italiam datæ literæ, ab

Ambore hic relata, quæ summum eius
Zelum, ac sanctitatem redolent. *S. Tho.*

Biennio amplius Ponteniaco in Mo- *indi-*
nasterio fuerat; igitur hoc anno eiusdē *gna pa-*
Coenobij Abbas Cisterciensis institu- *itur.*
ti, Henrico Rege adnitente, per sum-
mam eum iniuriam indè expellit. Lu-
douici tamen Gallia Regis iussu Se-
nonis domicilium eidem attributum
est.

Chri. Orta iterum inter Gallia, atque An-
Ann. glia Reges contentione, ex eaque *Bellu*
1168. bello vtrique Genti exitiali, Alexan- *inter*
der Pontifex, Legatos ad eam compo- *Gallos*
nendam, conciliandumque Henrico *atque*
10. Se. Thomam Cantuariensem mittit. Le- *Angl.*
ref. ep. gatorum igitur opera Reges in collo- *Regiâ*
61. quium veniunt. erat tû Henricus An- *collo-*
glia Rex apud Northmanniam Gallia *quinn*

Prouinciam, quam illius Maiores be-
nificario a Gallis Regibus iure acce-
perant, quo etiam nomine Aquitania,
aliasque non nullas apud Galliam Di-
tiones Angli obtinebant. transactum
Pax cõ itaq inter Reges est, vt Anglus Nort-
posita. mannam præcario, vt antea, posside-
ret; eodemque iure eius Filij Henri-
cus Andegauenfibus, ac Cenoma-
nensibus, Richardus Aquitanis im-
perarent. Regum diffidijs vtrunque
compositis, inter Henricum, ac Tho-
mam componenda pax erat. cæterum
Legatis Regi plus æquo fauentibus,
eaque de re Thoma apud Pontificem
expo-

expostulante, res tum quidem disiecta est, Legatis ipsis Romam reuocatis.

Concil. Erant hoc tempore Romæ Paschalis
Later. apud Vaticanum, apud Lateranum
Frid. Alexander. Hic igitur Conuentu ibi-
excom. dem habito, excommunicationis sen-
muni- tentiam in Augustum tulit, atque Im-
catur. perij eidem titulos ademit. sequuta
Profli- est sententiam pœna. Tyrannus ad
gatur. Mediolanum cum exercitu profligatus, Ticinum recipit sese, ibidemque obsidetur; propere tamen, fuga inde elapsus, triginta non amplius secum milites fugæ socios habuit. tum in eius contumeliam à foederatis Galliarum

Alexã Cisalpinæ Ciuitatibus Vrbs condita
dria cõ est, cui, ab Alexandro Pontifice, Alex-
dita. andriæ nomen inditum, eiusdemque sub Ditione est constituta, missis ad eum qui Beneuentum iam abscesserat, ea super re Legatis.

Thomas interim Ludouici Galliarum Regis precibus fatigatus, spondet se Henrico obsequij genus omne exhibiturum; illiusque sese arbitrio omnia commissurum. igitur Ludouicus ad
Henri- mutuū eos colloquium præsensiple
ci, *Thom* adigit; eo in congressu Thomas ad
collo- Henrici pedes prouolucus, *totam,* in-
quiū. quit, *causam, undè inter nos orta est* dissensio. *tuo committo arbitrio, honore saluo Dei.* Henricus tum, ea adiectione, mirum in modum perturbatus, ad Ludouicum statim conuersus at-
tende,

Appa
Sigeb

tende, inquit, Domine mi; quicquid huic displicuerit, dicet honori Dei esse contrarium, & sic sua, & mea omnia sibi vendicabit. mox sanctum Virum conuicijs onerans, furore percitus, abcessit, illud tantum testatus, nihil se, præ suis maioribus, cupere, aut requirere.

Chri. Cæterum qui prudentissimã, æquif- *Regis*
Ann. simamque Thomæ sententiam ita est *fatui-*
1169. interpretatus, ac per summam animi *tas.*

impotentiam auersatus, sequenti anno Legatis eum Apostolicis pro sancti Præsulis restitutione iterum interpellantibus imperata se facturum dixit, ac Pontifici morem gesturum, *salua* tamen dignitate Regni sui. ita illum, conceptum semel in Thomam odium, ac tyrannicæ furor arrogantia, demeruerant. porro ijdẽ ipsi Legati quantoperè, vt insanientem Regem ad meliorem frugem perduceret hoc anno, licet incassum, laborauerint, ex Actis, *ab Authore hic relatis, cognosces.*

Dum hac ratione Henricus, alter Pharao, nulla vi reuocari à sacrorum *Steph.* inuasiõne potest; Stephanus hoc no- *Vng.* mine tertius Rex Vngariæ, sua ipse *Regis* pietate adigente, quæ Maiores aduer- *pietas.* sus Ecclesiasticam libertatem, eo in Regno vsurpassent, sanctione hac de re edita (quæ Vaticana inter Monumenta adseruatur) restituit. Obierat Soldani Mater, qui *ni ma-* haud ita pridem Soldani Mater, qui *ter.*

Y

100. ter.

Appãd
Sigeb.

Iconij apud Ciliciam Sarracenis im-
 peritabat. Hæc morte proxima, Chri-
 stianâ se esse Filio detexit, hortataque
 illum est, eandem vt Religionem am-
 plecteretur: tum enixè eum rogauit,
 vt, altiori extracto monumento, Cru-
 cem super imponeret. morem gessit
 Filius, sed Crucem clam noctu locari
 iussit veritus Populi, in se motum, ex
 patriæ studio religionis. id cum mane

Crucis
vis. Sarraceni cognouissent, Crucem de-
 turbaturi, certatim monumentū con-
 scendunt, cæterum ad vnum omnes,
 aut ruina, aut igne de cælo tacti, inte-
 rimuntur. his prodigijs, tum Matris

Solda-
nus Ch
risto cr
edit.
Eius le
gatio
ab Authore hic relata.
ad Pa-
pam. Alexandrū Pontificem instituit, rogat-
 que, vti ad se idoneos mittat Cate-
 chistas. extant Alexandri ad eum literę
 quę ab Authore hic relata. qui nam por-
 rò missi, quidue perfectum ab his sit,
 incompertum nobis est.

Aetna
incen-
dium.
Clades
ex eo. Per idem tēpus Ætna Siciliæ Mon-
 te consueto magis deflagante, con-
 cussa est Insula vehementius, Vrbes
 complures prostratæ, Catania in pri-
 mis, quæ Monti adiacet, ita est euerfa,
 vt, ne vna quidem domus, superfuerit:
 vineta, atque omnis generis arbores,
 ac segetes ambustæ: ager vndique ci-
 neribus, ac pumiceo oppletus lapide,
 culturæ ferme expers est redditus. pe-
 riere ex Catanensibus quindecim ferè
 millia, ex reliqua Insula alij magno nu-
 mero.

Subia-

Chri. Subindè tertiam Alexander Ponti- *Alex.*
Ann. fex ad Henricum Regem Legationem *legatio*
1170. decernit. functi ea sunt Episcopi Galli *in An-*
tres, Rothomagensis, Senonensis, ac *gliam.*
Niuernensis, per eos Pontifex Regem
etiam, atque etiã hortatus est, vti ple-
nam Thomæ pacem concederet, id si
præstare se posse abnueret quod iure-
iurando se nunquam facturũ affirma-
set, si quidẽ religionem obtenderet,
absolutum se fore sciret, si honorem
Regium, per Filium hoc prestaret.

Hæc dum per Legatos peraguntur, *Noua*
nouæ dissensionũ causæ obortæ sunt, *dissi-*
quod Rex Filium coronaturus, id per *dia in*
Eboracensem Antistitem fieri iusserit, *Angl-*
cum muneris hoc esset primæ Sedis *ia.*
Cantuariensis. itaque eodem Eboracensi
ipsius Thomæ, atque Alexandri
literis, ne hoc faceret, inhibito, Rex *Hærici*
exarsit adeo, vt, temerario iterum au- *impo-*
su iureiurando, se non parituum, af- *tentia.*
firmauerit, subditosque sibi Populos,
(vt elati animi impotentia agnoscas)
ad idem iusiurandum, sacrilegè impu-
lerit, cum quibus Episcopos quoque,
ac Clericos, quorum aliquot, morem
gerere abnuentes, nefariè vltus est.
Porro D. Præcursoris festa dies vbi *Filij*
illuxit, destinata coronatio, atque in- *corona*
unctio, ex præscripto, ab Eboracensi *tio.*
peracta est, cui non huiusmodi tantum
functione, vt diximus, sed sacris etiam
fuerat interdictum. Post hæc conuiuio

Henri publice instituto, Rex dementissimus
ci de- Filio cum seruis reliquis ministrare
mētia. voluit, & se iam Regem amplius non
 esse omnibus testari. Territus haud

Terre- fecius acrioribus Alexandri literis,
tur à quibus, ni properè Sanctum Archie-
Ponti- piscopum reciperet, ablataque ei red-
fiçe. deret, eandem, quam in Fridericum
 Aug. sententiam tulisset, in ipsum pro-
 mulgaturum se denunciabat, serio ea

S. Tho- de re cum Legatis Apostolicis agere,
mā re- instituit. denique, haud cūctatus, illum
cipit. Senonēsi Episcopo Legato deducen-
 te, in colloquium admittit: venientem

prior, aperto capite, salutat, admiran-
 tibus, qui aderant, & præ gaudio lacri-
 mas vbertim fundentibus. acta sunt
 hæc in Ditionibus transmarinis, hoc
 est Gallicis, vbi ille hoc tempore mo-
 rabatur. recessit verò indè Thomas,

Nous atque in Angliam nauigauit. eò vbi
disse- peruenit, nouæ excitatæ sunt turbæ.
dia. qui Regis Filij inaugurationem pere-
 gerant Præsules Eboracensis, Loadi-
 nensis, ac Seresberiensis, quod id non

solum contra antiquū eius Regni mo-
 rem, ac ritum; sed contra Apostolicū
 quoque interdictū præstitissent, Ana-
 themate ab Alexandro perculsi fuerāt;
 instant itaque apud Thomā vehemen-
 tius, vt Apostolicas, ea de re, literas
 nequaquā edat, quin absolutionis sen-
 tentiam ferat. negat ille id sui esse mu-
 neris, eamque à Rom. Pontifice impe-

tran-

trandam docet. spondet nihilominus, si quidem ipsi in eiusdem Pontificis verba iurare velint, absolutionem impetraturos. id statim ab aduersantibus Episcopis pro læsæ Regiæ Maiestatis crimine receptum est, missique ad Regem sunt qui Thomã apud eum, quasi publicæ quietis perturbatorem, conclamarent. egerat sanè Vir Sanctus cum ipso Rege, antequam ab eo digrederetur, de Episcoporum excommunicatione. Rexque, iure ut suo vteretur, permiserat; ne quis eum imprudentiæ, aut indomiti ingenij arguat, dñ hęc audit; at Rex immemor, & in iram, ac furorem pronior, auditis Nuncijs, rem in maius augentibus, exclamasse dicitur, diras his omnibus precatus, quos aleret, nec Regias vicisci iniurias curarent. ea vox quatuor, ex eius Satellitio, perpulit, ut in sancti Viri caput conspirarent. profecti itaque in Angliã, illum intra ipsum Templum vespertinis precationibus operam dantem confodiunt, extremo hoc anno huius sæculi LXX. quæ postea sequuta sint, suo quæque loco referemus.

Regis
impo-
tentia.

Cõspi-
ratio
in S.
Thom.
Marty-
rio affi-
citur.

Anto- Hoc eodem anno, quo ex hac vita
nin. p. subducitur Clarissimus Ecclesiæ Mar-
3. 1. 23 tyr Thomas, magno Dei beneficio in
S. 4. lucem prodit Dominicus Calagoræ S. Do-
Hispaniæ Vrbe, à quo postea Prædi- mini-
catorum Sacer Ordo exordium duxit. cus na-
Y 3 Eo- scitur.

Pasch. Eodemque tempore vitæ finem in-
obitus. venit Paschalis Pseudopontifex, cui,
 nullo ex Schismaticis Cardinalibus su-
 perstitite, Ioannes Strumensis Abbas per-
 sonatus Pontifex à factiosis quibusdã
 subrogatus, veluti in scenam datus est.
 inœlicem quoque hunc partum, ac
 tamquam abortiuum Fridericus, in
 Alexandri odium, sibi nutriendum
 duxit.

Motus Immane apud Angliam parricidium *Chri.*
ob ca- patratum vt primum in Galliam perla- *Ann.*
dẽ S. tum est, lamentabiles vbique voces *1170*
Thom. auditæ sunt, tum Rex ipse Ludouicus
 moeroris, ac iustissimæ indignationis
 plenas ad Alexandrum literas dedit.
 percussus præ cæteris eo est nuncio
Hærici Henricus ipse, qui veluti furijs agita-
ipsius tus, tres ipsos dies non hominum con-
luctus. gressu tantum, sed cibo quoque, po-
 tuque abstinuit. testati sunt Regis lu-
 ctum Angliæ Episcopi Legatione ad
 Alexandrum instituta, ac literis, quæ
 extant, ad eum datis. ipsius etiam Re-
 gis ad eundem Nuncij, qui tamen non
 antea in Pontificis conspectũ admissi
 sunt, quam Regis nomine, iureiurando
 se, obstinere int, parituum illum Ro-
 manæ Ecclesiæ iudicio, ac sententiæ,
 præscriptamque ab ea criminis expia-
 tionem peracturum. lata interim Ana-
 thematis sententia est in Martyris in-
 terfectores, quique illis auxilium, aut
 consilium vtcumque cõtulissent, quod
 ipsa.

ipsa die quinta sacre hebdomadæ *Vsus*
peractum est, qua etiam tum solemni, *excom*
vt nunc, ritu excommunicationes *muni-*
ferri à Rom. Pontifice consueuere. *candi*
Post hæc Pontifex Legatos ipse *in die*
suos vnum, atque alterum S.R.E. Car. *Cana*
dinales ad Henricum misit, qui ipsum *Domi-*
in primis, tum alios quoscumque su- *ni.*
per S. Viri necesse interrogarent, & iu-
dicium, pro criminis atrocitate, seue-
rissimè instituerent.

Accessit hoc eodem anno ad An. *Hiber.*
glie Regnum Hibernia voluntaria Po- *nia An*
pulum eius Insule deditio. Epi- *glia ad*
scoporum quoque, qui in ea erant *iecta.*
XXVIII. Archiepiscoporum IV. con-
sensu habito, ac demum Rom. Ponti-
ficis approbatione. Profectus illuc fue-
rat Henricus, vt partam recens Ditio-
nem stabiliret, indeque in Angliam,
denique in Northmanniam redierat,
vbi Pontifici os Legatos reperit. His
ex eo iusiurandum ante omnia requi-
rentibus, quo & Sancti Viri necesse haud
quaquam imperasse doceret, & præ-
scribendam haud secius ab ipsis ex-
piationem, quod imperasse visus fue-
rit, peracturum se polliceretur, æquo
animo assensus est, tum Regi Filio, ac
Aulæ Proceribus in confessu publico
adstantibus, dextera ad sacrosanctum
Euangeliorum Codicem admota, san- *Regis*
ctè deieravit, nec mandasse se Archie *insu-*
piscopi necem, nec voluisse, tum su- *randi.*

Chri.
Ann.
1172.

per ea plus quam in Parentum morte indoluiffe. cæterum, quod per imprudentiam, eiusdem necis causa utcumque fuisset, affinem se noxæ, poenæque obnoxium agnoscere, eamque,

Pœna ad Legatorum præscriptum, subitum Regi adductus dein à Legatis est in inuen- Templum, prò cuius foribus aliquãdiu stitit.

Fla. perstitit in genua prouolutus. tum imperatum illi est, ducentos uti Milites per annum aleret Hierosolymis, trecentis cuique aureis. in stipendia, persolutis: leges, aduersus Ecclesiasticã libertatem, conditas, abrogaret: ademptas Cantuariësi Ecclesiæ possessiones redderet: in Hispaniam ipse cum exercitu, aut in Palestinam (si Pontifex iusserit) aduersus Sarracenos pergeret: tum secretò ieiunia, eleemosynæ, & alia quædam pietatis ei opera demandata, pro his porrò, bona fide, præstandis, non Rex modo Pater, sed Filius quoque, Patre, ante ea impleta, decedente, iureiurando cautum esse voluerunt. hæc, aliaque postmodũ hac

Heric. ipse de causa piè, ac religiosè ab Henrico præstita, clariorem visa sunt eum pœnitē fecisse poenitentia, quam innocentia sua la- fuisset præstitura.

Synod. His cum Rege, ex animi sententia, transactis, Legati Synodum Northmanniæ Episcoporum celebrant, cuius decreta apud Authorem hic requirunt.

am.

Mo-

Moratus diu Tusculi Alexander, tum sibi accessum Romam futurum, Paschale extincto existimavit, sed Romanorum Civium plerisque, qui Magistratus tum gerebant, Friderico pertinacius inhærentibus, inire Urbem est vetitus, coactusque in Campaniam, ubi plurimum morabatur, iterum proficisci.

Alexã
der Vr
be ex-
cludi-
tur.

Hæc inter sacrilegi, Martyris, percussores, qui extrema in Anglia delitescabant, cum execrabiles non tantum hominibus, sed ipsis quoque brutis animantibus esse se agnoscerent (tradunt quippè canes licet famelicos edulia ab his porrecta auersatos fuisse.) conscientiæ stimulis acti, ipsius Martyris misericordiam implorare instituant, in quem ipsi immites adeo fuissent, quibus post animi moerorem grauem æquè, ac diuturnum, ita demum spem veniæ affulsisse ferunt, si ad Rom. Pontificem pergere, ex eoque criminis expiationem petere in animum induxissent. profecti itaque ex Anglia, eiusque pedibus prouoluti, ac crimen falsi, iussi sunt Hierosolymam, expiationis causa, proficisci, ibidemque stipendia aduersus Infideles facere. id dum perficere, iter aggressi, meditantur, ipsorum qui nocentior dicebatur Vuillelmus Traci Cosentia Calabriæ Vrbe cōsistere, morbo correptus, cogitur; cuius demum vi, quæ

Sica-
riorū
pœnitē
tia.

naturam visa est excedere, eò miser re-
 ductus est, ut putrescentes, diffluētes,
 que sponte carnes conuellerent ipse do-
 loris, ac moræ impatiens sit coactus;
 donec ostentum eius Urbis Ciuibus,
 atque orbi adeo vniuerso factus, de-
 cessit, reliquis etiam, qui Hierosoly-
 mam perrexerant, licet poenitentia
 laude commendandis, triennio, non
 amplius, supersticibus.

S. Tho Reuoluto à Martyris cæde vix bien- *Chri*
ma ca nio, miraculorum, quæ per eius im- *Ann.*
noni- plorationem edebantur, fama magis *1173*
zatio. magisq. increbrescente, disquisitione
 super his habita, Alexander sanctorum
 illum numero adscripsit, suasque, hac
 de re, literas, quæ extant, dedit Si-
 gniæ IV. Idus Martias,

Bellū Quo tempore inter Anglos Reges
dome- Patrem, ac Filium orta dissensio, in
sticū Ciuile statim bellum erupit, illorum, ac
in An Regni, expiata quantumuis, scelera
glia. Deo inulta esse haud quaquam sinen-
 te. coactus itaque est Rex pater Ale-
 xandrum aduersus Filium interpellare,
 testarique eius se opem tamquam su-
Angl- premi, ac directi, ut vocant, Angliæ
ia ec- Domini implorare ad tutelam Regni,
clesia quod beneficiario à Rom. Ecclesia
sendū. iure obtineret. sequuti sunt ea in di-
 scessione Regem Filium non Fratres
 modo, sed etiam Mater. Igitur ad do-
 mesticum bellum huiusmodi compo-
 nendū Alexander Pontifex, tū North-

man-

manniæ Episcopi, Rothomagensis in primis, ac Vuillelmus postea Henrici Gener Rex Siciliae laborarunt, ut horum omnium Epistolæ, ab Authore huc allata, docent. quod autem rebellium Filiorum vires à Gallorum Regis patrocínio penderent, cum eo quoque ab eiusdem Pacis conciliatoribus actum est.

Chri. Sed nouum in Italia conflatum bel- *Fride-*
Ann. lum ex Anglia nos teuocat. Vigestimū *ricus*
1174: agebat in Imperio annum Fridericus, *Italiã*
Dode- cum quintum iam in Galliam Cisalpi- *reperit*
chin. nam, metuendis cum copijs descen-
dit, obuia quæque flamma, ac ferro
populatus; obsistentes primo statim
impetu subactos in potestatem reci-
pit. Sed Alexandriam recens extru-
ctam à Foederatis Urbem, & moeni- *Alexã*
bus quidem non dum septam, frustra *driã*
tentauit; absumptisque inibi diutur- *obsidet*
na obsidione viribus, turpiter ab ea
recedere coactus est.

Here- Porro Henricus Filiorum armis agi *Henri*
b. Ro- ratus, ex Northmannia in Angliam sol- *ci insti-*
ger. uit: Cantuariam tum delatus, sepul- *gnis*
Neub. crum Martyris supplex inuisurus, ante pœni-
l. 2. c. Urbis ingressum regijs depositis indu- *rentia.*
34. mentis, nudus pedibus Urbem, dein
Templum iniit, nudatoque ibidẽ ante
Martyrem tergo, ab Episcopis, qui
aderant, quinas, ternas à Monachis,
qui numero erant LXXX. excepit pla-
gas. visus itaque est Sanctus implo-

ranti ipsius opem Regi, suam statim operam impendisse; eadem quippè die
Scotia (mirum dictu) Scotorum Rex Hostis
Rex infestissimus, Ciuilis belli fax, ac Filio-
captus rum in Patrem inflammator, ab exer-
 citu, quem ductabat, per imprudentiã
 digressus, à paucis, qui Henricum se-
 ctabantur, captus, in ipsius potestatem
 venit.

Sub huius anni finem Alexander
Eccle- Vuillelmo Rege postulante extructū
sia mō ab eo, Regio sumptu, Templum, ac
lis Re- Coenobium ad Montem Regalem nō
galis. longe à Panormo, insigni priuilegio
 munit, ac Romanæ tantum Ecclesiæ
 subesse voluit, cui quotannis census
 nomine, ex eiusdem Regis pia muni-
 ficentia monetæ Siculæ Tareni centū
 persoluerentur. Eam vero Ecclesiam
 Archiepiscopali dignitate insignem,
Cosm- hanc ipsam Epitomen nobis elaboran-
us de ribus, Cosmus de Torres S. R. E. Car-
Torres dinalis, dum Episcopus Perusinus es-
Card. set, nosque, ac Patriam demereret,
 administrandam suscepit, quam
 antea Ludouicus Patruus, & ipse Car-
 dinalis, ac Ludouicus item Magnus
 Patruus maxima cum prudentia, ac
 probitatis laude, administrauerant,
 iterque, ad summa generosis deinceps
 eiusdem familia Posteris strauerant.

Frider- At Fridericus, nouæ Urbis non dum Chri-
vici pe soluta obsidione, cum nihil proficere Ann-
esidia, se aperta vi cerneret, ad fraudem adie- 1175
 cit

cit animum, quæ in ipsum vertit. instabat sacer dies Veneris sanctæ hebdomadæ, tum Is, misso ad obsessos nuncio, in eius se diei honorem, ac Crucifixi, vt aiebat, reuerentiam, tum ad Paschalis festi celebritatem piè, ac religiose recolendam, ad sextam exinde diem inducias se illis ex Imperiali benignitate indulgere pollicetur. ergo ea pollicitatione securi Ciues in maximo veluti Urbis ocio quiescebant, cum, intèpesta nocte, qui vigilias haud secius agitabant, immisos à Friderico Milites per cuniculos occulte actos, adesse sentiunt; excitati opportunè Ciues, tum qui clanculum subibant hostes, tum qui extra Urbem præstò erant, fusos, ac fugatos, internectione cædunt. conatu irritò elusus, insuper & clade territus impius Augustus, Ticinum recessit. actum nihilominus est de pace inter ipsum, ac Pontificè firmanda, coeuntibus vtriusque Legatis. cæterum quod ille & multa Ecclesiasticæ libertati aduersantia, & nouæ Urbis demolitionem superbe peteret, re infecta, discessum est. tum Alexandria Episcopus à Pontifice datus, Ticinensi Ecclesiæ, atque Antistiti, quod schismaticorum partibus studeret, deferendæ Crucis, ac pallij dignitas adempta est.

Indu-
cia si-
mula-
ta.
Dolus
non sis-
ccedit.

Pacis
condi-
tiones
reiectæ

Chri.
Ann.
1179.

Consilium inierat Fridericus Filix Fridenuptijs Vuillelmum sibi deuincire, quo siliu.

*Vuil-
lelmi
pietas.*

quo promptius Pontificem, tanti Re-
gis patrocínio veluti interclusum, deij-
ceret. sed valuit apud religiosú Prin-
cipem, Romanæ Ecclesiæ, quam velu-

*Vuilliel-
mi nup-
tia.*

ti matrem agnoscebat, reuerentia...
itaque in illius dedecus, ac detrimen-
tum coniugium huiusmodi cedere cū
animaduerneret, cum schismatici Au-
gusti amicitia illud respuit, ipsoque
Pontifice suadente, Angliæ Regis Fi-
liam Vxorem ducit. Tum Fridericus *Vr sper*
nouis ex Germania copijs recens au- *Robert.*
ctus, Mediolanenses iterum adortus, *Dode-*
à Foederatis, qui subsidio his venerat, *chin.*

*Frideri-
cus.
pacem
petit.*

iterum vincitur, ac profligatur. itaque
non tam cum hominibus, quam cum
Deo bellum sibi esse sentiens, Legatos
de Pace ad Alexandrum mittit, qui
Anagninæ tum erat. transacta ibidem
pax est, firmiter tamen sequenti anno
per Pontificis, atque Augusti collo-
quium stabilienda.

*Albiē-
ses Hæ-
retici.*

Peractum hoc anno est Tolosati- *Roger.*
um, siue Albiensium Hæreticorum *Anna-*
apud Galliam iudiciū. Hi, Manichæo- *l. An-*
rum affines sectæ, Episcoporum tum *gl.*
quidē sententia damnati sunt, autho-
ritate dein Sedis Apost. in iudicium
iterum vocati, ac conuicti, eandem
damnationis sententiam retulere.

Subit annus huius sæculi septimus, Chri-
ac septuagesimus, ex Isaia sententia, Ann.
Placabilis appellandus, quo diuturno 1177.
sublato Schismate, Pax demum Eccle-
siæ,

fiæ, duodeuiginti exul annis, restituta
est. Concesserat Venetias Alexander Ponti-
ficulitiremibus ad Garganum con- *sex Ve*
scensis; eò mox Fridericus quoque *netijs.*
delatus est, mansitque inibi cum Pon- *Itē Fri*
tifice menses propemodum tres, illum *deric.*
interim sæpius publicè, ac priuatim
alloquutus, sæpius ad eius vestigia
prouolutus, dum perarduū pacis ne-
gocium (nam Vuillelmi quoque Re-
gis, ac foederatarum Urbium ratio ha-
benda erat) transigeretur. Pontifex
sanè, vt ante Augustum Venetias ac-
cessit, ita & post illum (moratus ibi-
dem sex fere mensibus) recessit. *Rem Fabu-*
gestam fuisse Author tradit, tum vul-
la ex-
gatas, de huiusmodi congressu, fabulas plodi-
explodit. eam in primis de Alexandri tur-
fastu, & calcato ab eo Augusti collo.
Inuentus est tamen, post Baronij obi-
tū, Fortunatus Vlmus Monachus Cas- *Fortu-*
finensis, qui has ipsas male cōcinnatas *natus*
fabulas iterum, quasi exploratæ veri- *Vlmus*
tatis historiam, obtrudere non dubi-
tauit. hunc Feelix Contelorus, egre- *Fælix*
gio ad posterios commentario, ita re- *Cōtelo-*
fellit, vt nullus deinceps dubitandi lo- *rus.*
cus superfit.

Innoc. Hoc eodem anno Pons; qui Rodani, *Mirū.*
IV. Cle apud Auenionem, ripas iungit, diuino *de pōte*
m. IV. miraculo extrui est ceptum. rem non *Aueni-*
& V. vno Pontificio Diplomate testatam, *onensū.*
Bonif. fide alioquin carituram, tradimus. Erat
VIII. apud Burgundiam, quam antiquam

vocant, duodecim annorum Puer Ma^{luc.}
 ternum gregem pascens; hic Christi ^{XXX.}
 monitu, Angeli exinde ductu, Auenio-
 nem delatus, in Episcopi, ac Populi
 concionem prodijt, atque à Deo se
 missum dixit, vt Pontem Vrbi perne-
 cessarium extrueret. exceptus est risu
 à Populo inibi frequentissimo; Is tum
 Episcopum rogat aliquid in eam stru-
 cturam vti conferat; cui Episcopus, en-
 tibi, inquit, lapis meo in Atrio est, tolle
 eum humeris, & Pontem, vt libet, ex-
 true; accessit ille, humeroque imposi-
 tum lapidem, què XXX. homines vix
 sustulissent, (erat enim pedum in lon-
 gitudinem XIII. in latitudinem VII.)
 ad flumen detulit. eo prodigio atto-
 niti Ciues in opus serio intendūt, col-
 lataque viritim pecunia, Pontem ea,
 qua nunc visitur, forma extructum,
 moliuntur, præconijs Pontificum Ro-
 manorum dignum.

Alma Moritur hoc eodem tempore Al-
nici obi maricus Hierosolymorum Rex, cuius
ius. obitu Balduinus Fil. huius nominis IV.
Baldu à morbo, quo laborabat, Leprosus ap-
inus. pellatus, sub ipsam pubertatem Re-
 IV. gnum cepessit.

Ponti- Augusti aduersus Pontificem obser- *Chri.*
fix Ro uantia, Romanorum animi elationem *Ann.*
mã ve- fregit; Legatione itaque ad eum insti- *1178.*
uoca- tuta, qui Anagninæ tum erat, eius se in
zur. posterum sub potestate futuros spon-
 dent; proindè suam in Urbem exopta-
 tus.

tus redeat. his Pontifex auditis, tres & Cardinalium numero cum Romanorum Legatis dimisit, qui de Pacis conditionibus, quæ illius securitatem, si fas, parerent, pertractarent. transactum igitur ab ijs est, uti Romani Senatores, ac Magistratus in Pontificis verba iurarent, interceptos Ecclesiæ redditus, bona fide, eidem redderent, Regalia, ut vocant, præstarent. tum verò satis sibi, atque Ecclesiæ dignitati cautum Alexander ratus, ipsis vrbani Magistratibus deducentibus, Cleri porrò, ac Populi multitudine innumera obuiam effusa, Romam reuertitur. tum vero cum reliquis ad eius pedes Ioannes, quem, qui eum extulerant, Callistum dixerant, accessit. hunc Pontifex, non ad veniã modò, sed ad contuberniũ quoque, ac mensam admisit.

Chri. Indictũ interim ab Alexandro apud
Ann. Lateranum Concilium, altero, ab eius *Synod.*
1179. reditu in Urbem, anno, celebratur; cui *Roma.*
Episcopi CCC. ex vniuerso fere Christiano Orbe exciti, interfuere. eius Acta à Vuillelmo Tyri Archiepiscopo, qui & ipse adfuit, collecta sunt, quod *lib. 21.*
c. 26. in sua Belli Sacri Historia testatur.

Sub idem tempus Ludouicus Gallia *Lud.*
Rex, ex voto, ob exemplum lethali *Gall.*
morbo Philippum Filium, nuncupato, *Regis*
Cantuariam, Henrico Seniore Angliæ *peregr*
Rege deducente, venit, votumque *inatio.*
inibi, ad sacrum Martyris sepulchrum
sol.

Chri.
Ann.
1178.

soluit, donarijs magni precij annuisque, ad alendos Monachos, redditibus collatis.

*Philip-
pus Fi-
liū co-
ronat.* Ea postmodum ex peregrinatione
redux, eundem Filium quintumdecim
mum agentem annum Rhemis coro-
nari, atque inungi solemnī ritu impe-
rauit.

*Alfon-
sus Lu-
sitanus
Rex
crea-
tur.
Regnū
tribu-
tariū
Ro. Ec-
clesia.
Manu-
elis va-
nitas.* Hoc eodem anno Alfonso Lusita-
niæ Dux ob res præclare aduersus
Sarracenos gestas, Regis titulo ab
Alexandro ornatus est. porrò Is vi-
cissim Regnum Romanæ iterum Ec-
clesiæ subiecit duabus quotannis auri
Marchis persoluendis. *sup. ad
ann.
1144.*

At Manuel Imperator græca vani-
tate literis ad Fridericum datis, & au-
reis quidē characteribus exaratis, ina-
nes de Sultano victorias, ac triumphos
extulit. cæterum, quod pura putata ea
esse mendacia ex ipsis Sultani Legatis
constaret, tum quod Manuel suum
nomen, ipsius Friderici nomini eisdem
in literis prætulisset, Hic suum & ipse
nomen, literis ad eum redditis præse-
rens, iniuriam acrius exposulauit.

*Saladi-
ni ex-
peditio* Auditum ex Oriente fuerat de me-
tuenda Saladini aduersus Hierosoli-
mā expeditione. igitur Alexāder sacer-
dotali tuba Christianos omnes Occi-
dētalis Orbis Principes ad Hostē a sa-
cris mœnibus propulsandū inuitat lite-
ris, *quæ ab Authore hic recitantur*, qui-
bus, & alias ad Ecclesiarū, ac Cœno-
bio-

biorū Antistites addidit. permoti ea, de-
nūciatione præ ceteris sunt Gallix, at-
que Angliæ Reges. verū Ludouici mox *Lud.*
sequutus obitus, excitatum in Gallis *Gall.*
ardorem extinxit; neque Angli, qui ho- *Reg.*
rum æmulatione ad gloriam fereban- *obitus.*
tur aliquid tum quidem laude dignum
gessere.

Nicet. Obijt hoc ipso tempore Manuel *11ē Ma-*
Vuill. Imp. qui haud mediocriter ex vulga- *nuelis:*
Tyr. to Gallorum, atque Anglorum appa- *Imp.*
ratu fuerat perturbatus; qua de re ad

Alexandrum scripserat etiam atque
etiam rogans, vt Apostolicum, ven-
turis ex Occidente copijs, ad eas in
officio continendas, Legatum præfi-
ceret. Eo imperante vixisse constat
Nicet. Eustathium Thessalonicensem Episco- *Eusta-*
pum Homeri interpretem, seu Glos- *thius*
fatore laudatissimū. Ludouico Phi- *Homo-*
lippus Manuelli Alexius Filij succedūt. *ri In-*

Chri. Sed nec diu superstes fuit Alexan- *terpres*
Ann. der, qui iam secundum post vigesi- *Philip-*
1181. mum Pontificatus annum pænè ex- *pus &*
pleuerat. *Alexia-*

Chri. Huic Lucius sublegitur Patria Lu- *us.*
Ann. censis, ad quem Vuillelmus Rex sco- *Alexā*
1182. torum Legatos misit, per quos eximi *dri obi*
se ab excommunicatione, Regnum *ius.*
verò ab Interdicto, quibus suberant, *Lucius*
ex Apostolici Legati sententia haud *III.*
ita pridem lata, suppliciter petijt, ac
impetrauit.

Tyr. l. Maronitarum hoc tempore, qui ad *Maro-*
22. c. 8. Liba- *nita.*

Sup. ad
ann.
1144.

Chri.
ann.
80.

Libanum degunt, quique annos propè quingentos schismate ab Ecclesia abscissi fuerant; ad eam reditus contingit.

*s. Frã.
ciscus
nasci-
tur.*

Quo item anno Affisij apud Vmbriam nascitur maximum Christianæ Religionis columen Franciscus annis XII. Dominico minor.

*Alber.
Stad.
Chr.*

*Lucius
Urbe
cedit.*

Pax interim ab Alexandro cum Romanis firmata, nouis cum Successore dissidiorum causis subortis, turbata est, coactusque est Lucius Vrbe cedere. illum aduersus seditiosos Ciues tutaturus Fridericus Imp. Christianum Moguntinum Archiepiscopum cum copijs in Italiam mittit. Is, cum decimo ab Vrbe lapide Castra posuisset, Hostium fraude, veneno Fonti indito, cum suorum parte maxima extinctus est. Tum Pontifex aliorum Principum, Henrici in primis Angliæ Regis pecunia adiutus, conscripto exercitu, Romanos ad pacem compulit.

*Chr.
Ann.
1183.
Rog.
Ann.
Angl.*

*Hērici
Iun.
obitus.*

Sub idem tempus apud Angliam Henricus iunior Rex à Patre, vt diximus, inauguratus, dum impium in eundem Patrem bellum gerit, lethali correptus morbo, interiit, tanto nihilominus cum pietatis sensu, ac præteritorum scelerum detestatione, vt maximum Patri, ac Regno sui desiderium reliquerit.

*Bald.
leprosi
obitus.*

Moritur & Balduinus cognomento Leprosus, cognomine Sororis Filio hæ.

hærede instituto; Regia nihilominus Bald. potestas penes Guidonem Lusignanū V.

Vittricum mansit, qui, & Leproso ad- Guido
huc superstite, Regnum administra- Lusigna
uerat. annus.

Nicot. Alexij immatura Regno ætas Ty-
l. 2. in rannidis spem multis fecit. Hi, Andro-
fin. nici deiecti opera, Andronicum ipsum Andr-
Tyr. l. extulere. tum Ille Æmulum veluti onicus

22. c. obice summoto, nihil iam sibi super-
esse animaduertens, ad Imperium in-

13. App. uadendum, Alexium Puerum, quem Alexi-
ad Sig. sub potestate habebat, clam noctu ar- um ne-
cus neruo interimir. exin, Tyrannide cat.

occupata, Latinos Byzantij Accolas, Tyræ-
quos sibi infensos nosset, confestim nidem
adortus, ad vnum mactat. tanta Græ- occu-
corum in eos rabies fuisse dicitur, vt, par.

sæuendi impunitatē nacti, ne ijs qui- Latin.
dem, qui in Nosocomijs erant, peper- mactat
cerint. super hæc defunctorū cadaue- Græco-
ra, sepulchris eruta per vias traxerint: rū ra-
execrandum quoque facinus in Pon- bies.

tificis Legatum S.R.E. Cardinalem est editum; cuius abscissum caput canis

caudæ alligatum per Urbem raptari, Latino
sæuitia plusquam barbara, efferati Ci- rū vl-
ues sustinuerunt. porrò qui ex Latinis tio,

in portu erant, aut, tumultu statim ex-
citato, eò confugerant, Triremibus ex
littore subductis, suorum vluri cladem,
suburbanas Villas, ac littoralem Elle-
sponti oram, atque Insulas ferro, ac
flamma, maxima cū Hostium iactura,

po-

Alber.
Stad.
Chr.
Chr.
Ann.
1183.
Roger.
Ann.
Angl.

populati sunt; nec impunè scelus Tyranno cessit, quod suo mox loco referemus.

Subindè Lucius Pontifex multis, quos Robertus, qui tum aderat, recenseret, in Cardinalium Collegium adscriptis, Veronam petijt, vbi congressum cum Friderico Aug. indixerat,

Pö. & Imp. cögres. sus. quod sequenti à Lucij profectio, anno contigit.

Igitur Fridericus Veronam & ipse delatus, de Filij inauguratione, deque Schismaticorum restitutione, ac alijs non nullis apud Pontificem cum egisset, austeriorem illum, quam putasset, expertus est.

Bald. Legationes. Venere interim ab Hierosolymis Heraclius eiusdem Urbis Patriarcha, in Angliam ad Henricum, Vuillelmus Tyrius Author historiæ belli sacri in Galliam ad Philippum à Balduino Rege Legationis munus obeuntes, qui Sarracenorum vexatus armis, Regni cladem iurè pertimescebat.

Promouendæ expeditioni Lucius in primis Pontifex laborabat, cuius tamen, alienissimo sanè tempore, sequuta mors, rem, ex omnium voto, penè confectam disiecit. obiit Lucius Veronæ VII. Kal. Decembris, cuius tumulo huiusmodi inscriptio incisa est.

Epitaphium *Luca dedit lucem tibi Lucis Pontificatum*

Ostia; Papatū Roma: Verona mori.
Tum

Tum Veluti reciproca Antitesis aliud
disticon legitur.

*Imo Verona dedit verum tibi vine-
re: Roma*

Exilium: curas Ostia: Luca mori.

Huic tertius Urbanus, ex Medio-
lanensi Antistite, succedit. *Urbanus*

Nicet. Hoc eodem anno Siculorum Clas-
sus Latinorum iniurias ultura, Græco-
rum fines populata est. *III.*

Tum per maximum fortunæ ludum *Andro*
Andronicus, ex Populi coorta seditio-
ne, Regni fastigio deturbatus mise-
rando interitu vitam finijt Commeno-
rum postremus: principiò duabus ca-
renis ad Isaacium Angelum, quem Au-
gustum dixerant, perducitur: dein, eo *Isaac?*
permittente, pugnis, etiam à mulie-
ribus, cæditur: barbæ, ac capitis ca-
pillus vellitur, dentes excutiuntur dex-
tra præciditur, oculus effoditur: ad-
hæc, Camelo impositus, per Urbem
circumducitur, furenti interim Popu-
lo luto, ac lapidibus eum impetente,
ac veribus latera suffodiète: in Thea-
trum mox perductus, inter duas mibi
columnas, capite in terrâ inuerso, su-
spenditur: hic, post vestis direptionē,
ac totius corporis, virilium in primis
vexationem, ab efferatis Ciuibus fer-
ro transfoditur; in his Quidam cæte-
ris procacior, libratum, atque ada-
ctum per os gladium, per intestina ad
nates iniecit. infoelicis Augusti inter

tot

tot corporis animique cruciatus vna
vox audita est; *quid calamum contri-*
tum infringitis? Domine miserere.

Pont. Antequam Pontifex, atque Augu- Chri.
et Imp. stus Verona abscederent, maximum Ann.
dissidi- inter eos dissidium exortum est; Au- 1186
um. gusto Henrici Filij inaugurationem
postulante; Pontifice, nisi prius Ma-
thildis Ditiones dimitteret, à defuncto-
rum Episcoporum spolijs in posterum
abstineret, Cœnobiorum, quos inter-
ceperat, redditus relinqueret, abnuen-
te. itaque, dissidio haud quaquã com-
posito, parum æquo vterque animo
recessit.

Hērici Celebratæ hoc anno sunt apud Me-
cū Cō. diolanum Henrici nuptiæ cum Con-
stantia stantia Rogerij olim Filia posthuma,
nuptia Vuillelmi Siciliæ Regis Amita, quæ,
quod Vuillelmus ipse prole esset de-
stitutus, in spem Regni educabatur

Fabu- apud sanctimonialium Virginū Cœ-
la de nobium; quo factum, vt recentiores
ea. quidam, nullo veterum Scriptorū re-
stimonio fulci, Sanctimonialem & ip-
sam fuisse, & prouectæ quidem ætatis,
cōmenti sint; cum ex Godefrido Vi-
terbiensi, qui ipsius Hērici Sponsi No-
tarius fuit, trigesimum, cum nupsit, an-
num egisse eam constet: ex inito autē,
à Rogerij Patris obitu, annorum cal-
culo, alterum, ac trigesimum. Sane
Fazellus recentior rerum Sicularum
scriptor & illud, nescio vndē, com-
mini-

miniscitur, idcirco illam à Rogerio Patre in Monasterium detrusam, quod Is ex Ioachini Abbatis vaticinio, didicisset, funestam, si nuberet, Siciliae facem futuram; quod, quam sit fabulosum, vnuiquisque sentiet, qui posthumam eam fuisse ex eius temporis Scriptoribus didicerit: nec est cur quispiam Epitaphijs quibusdam, quasi ad Henrici, ac Constantiae tumulos tunc insculptis, *ab Authore huc allatis, ac explosis*, permoueatur, constat enim recens inuentum, ex recepta semel fabula, ea fuisse.

Chri. Subit annus, multiplici Christiano-
Ann. rum apud Syriam clade, ac Hierosoli- *Hiero-*
1187. mæ amissione, funestissimus. capta est *solyma*
Roger. post Regem ipsum, ac sacrosanctam *capta.*
Ann. Christi Crucem, quæ ab exercitu cir-
Angl. cumferebatur, Vrbs ipsa Regia à Sala-
Newb. dino Babiloniae Rege Octobris men-
l. 3. c. se ineunte. tum Rex Barbarus, quod *Cruce*
20. christianæ aures exhorrescant, Crucē *ludibr*
biduo per Urbem circumductam, *io ha-*
quasi vile mancipium, fustibus cædi *bita,*
aut mandauit, aut permisit.

Vrba- Cladis accepto nuncio Urbanus,
ni PP. licet captam Urbem non dum rescis-
obitus set, ægritudine ex mærore correptus,
Ferrariæ, vbi tū erat, decessit: sequenti
die, quo maturius periclinatibus apud
Syriam Christianis opem ferre nouus
Pontifex posset, Gregorius hoc nomi- *Greg.*
ne VIII. subrogatur. cæterum & ipsæ *VIII.*
Z Vr-

Mori- Urbis sanctæ, Crucisque ludibrio hæ-
bitæ bitæ nuncio consternatus, altero Pon-
1187. tificatus mense nondum exacto vita
 cessit. extāt, pietatis illius eximix mo-
 numenta, literæ ad vniuersos Christi
 Fideles, tum peculiare ad Ecclesiarū
 Præsules hac de re datæ. indictū quo-
 que ab eo est quinquennale ieiunium
 statis cuiusq. hebdomadæ diebus per-
 agendum. pactæ inter Christianos ad
 Occidentem Principes (nam Isaacius
 foedus cum Saladino inerat) induciæ
 ad septennium, Dirisque addicti qui
 interim arma, nisi aduersus Infideles,
 fumerent.

Leonis Hoc loco Author occasione sumpta
XI. E- ex breuiore Gregorij Pontificatu, ad
logiū. Leonem XI. diuertit, qui, dum hac
 ipsa ab eo scriptis mandarentur, Ro-
 manus Pontifex renunciatus, non in-
 tegro superfuit mense, omnibus sui de-
 siderium relinquens, Elogio appositè
 hic addito planè dignus.

Ciuile Ciuili hoc tempore agitatum est
Byzan bello Orientale Imperium Branzæ Ty-
ri bel- ranni opera excitato; quod tamen
lum. per insignia pietatis opera, ex Niceta
 hic relata, foeliciter ab isaacio con-
 fectum est tyranno debellato.

Clem. Post XX. dierum interregnum crea-
III. tur Pontifex Clemens, qui statim in-
 dictam à Decessore in Palestinam
 expeditionem promouere omni ope
 studuit: statas ad Deum præces, ac sa-
 luber-

Chri.
 Ann.
 1188.
 Roger.

luberrima pietatis opera omnis generis indixit. conuenere ad ipsius denunciationem Gallix, atque Angliæ Reges, quorum colloquio Vellelmus Tyrricus, qui Legatione ex Oriente fungebatur, interfuit. indictæ, exactæque, utroque Rege adnitente, Decimæ, quas vocât, haud grauatè ab omnibus persoluendæ. porrò vt Gens quæque dignosceretur Cruces Galli rubras, albas Angli, Flandri virides sumpsere. Nec segniter rem egit Fridericus, qui & minaces ad Saladinum literas dedit. *harum exemplum cum ipsius Saladini responso reddito hic habes lectu non iniucundum.*

Belli
Sacri
Appa-
rains.

Regum exemplo, qui hoc tempore positis inter se odijs, ac mutuis dissensionibus concordibus, in Infideles, animis, ardore maximo ferebantur, inter Romanos quoque, ac Pontificem composita Pax est, cuius rei monumentum S. P. Q. R. literæ adhuc extant.

Agitata hoc tempore apud Galliam *Quæ-* est quæstio asserentibus alijs aquam *stio de* vino mixtam in sacrosancto ministe- *aqua* rio mutari in Christi sanguinem, ne- *calicis* gantibus alijs. quod verò timor esset, ne studia partium, vt fit, hæresim parerent, Gaufridus Monachus Apostolicam Sedem hac de re consulendam sibi esse duxit. literis, quæ extant, ad Papæ Vicarium Episcopum Albanen-

sem datis. quid porrò Episcopus ad
propositam consultationem rescripse-
rit, non inuenimus.

Gallia
& An
gl. Re-
ges dis
sident.
Hèrici
Angl.
Regis
mors.
Richa-
rdus su
ccedit.
Fride-
rici sa
cra ex
peditio
Militū
nume-
rus.

Pax interim, quæ inter Gallia, atque
Angliæ Reges sæpius soluta, sæpius
coaluerat, iterum dissoluitur. missus
itaque est à Clemente Ioannes Ana-
gninus Cardinalis, qui diu incassum
laborasse ea de causa visus est, post
quam etenim ægrè tandem Reges in-
ter sese conciliasset, sequuta Henrici
morte, Richardus Filius, ac Regni hæ-
res, belli statim consilia reuocauit.
quamquam non idcirco abhorre se
a sacro bello prosequendo palam te-
stus est. Fridericus verò Aug. qui
ab Apostolico Legato Crucem, sacræ
expeditionis tesseram, susceperat,
profectionem in Syriam instituit, exer-
citus parte altera terrestri itinere, alte-
ra Nauibus LV. imposita. fuere autem
sub Augusti signis, vt Arnoldus tradit,
qui itinerarium illius conscripsit, ar-
matorū CL. millia, quæ porrò à Græ-
cis, quæque ab alijs casibus perpeffi
fuerint, ex eodem Arnolde pete, tum
ex Niceta, qui militaribus Græco-
rum copijs præerat.

Dania
ac Si-
cil. Re-
gum
obitus.
Bellū
in Sici
lia.

Sub idē tēpus Canutus Dania, Vuil-
helmus Siciliae Rex decedūt, alioquin
sacræ expeditionis comites futuri.
Vuillelmi obitu, ciuile eo in Re-
gno bellum conflatum est, Constan-
tia Amita ex eius testamento cū Hen-
rico

Chri.

Ann.

1189.

Roger.

ānal.

Angl.

Schla.

Chro.

Nict.

rico Viro illud vindicante, Tancredo autem defuncti Regis consanguineo, Rom. Pontificis concessione, occupante.

Chri. Ann. 1190. *Richa- rdi cõ- filia.* Annus adest sæculi XC. quo Richardus Angliæ Rex in Orientem profecturus, ne quid interim Gaufridus, ac Ioannes Regij Fratres, quorum

alter Eboracensis erat Archiepiscopus, molirentur, & sacramento eos, ne quid nouarent, adegit, & Eliensem Episcopum addictum sibi hominem, quò summæ esset apud Anglos auctoritatis, Legatione Apostolica insigniri à Clemente operam dedit, tum copiarum partem Massiliam terrestri itinere *Iter in* perductâ, nauibus imposuit, ac Augusto *Oriente* inde mense ineunte soluit. iter, ac *tem ca* in dies ferme singulos stationes relegit *pit.*

Rogerus in Annalibus, quem consu- *Reges* lere curiosus Lector poterit. Messa- *Angl.* nam igitur cum peruenisset, Galliæ *et Gal.* inibi Regem Philippum reperit, qui *Messa* septē illuc ante dies peruenerat, quo *na.* cum inducias pactus ante discessum fuerat. hic, non inter Gallos modo, atque Anglos, sed & inter vtriusque Gentis milites, ac Siculos turbæ maximæ exortæ sunt. Tum Richardus ex- citatas inter Ioannam Sororem, quæ Vuillelmi Vxor fuerat, ac Tancredum Regem dissensiones composuit, de- que pactis inter eos initis stabiliendis ad Rom. Pontificem perscripsit. Rem

Mirū Rogerius, qui tum aderat, tradit ad-
ae Ri- mirandam, Richardum tanto diuinæ
chard. gratiæ veluti lumine perfusum, atque
ardore incensum, ut antea actæ vitæ fla-
gitia pertæsus. Episcopis compluribus
in Sacellum coactis, humi nudus pro-
cumbens. ea fuerit publicè confessus,
ac detestatus, per scriptamque ab eis
expiationem ardore animi miro exe-
quutus.

Ioachi- Addit idem Author adfuisse tū Ioa-
nus chinum Abbatem Cisterciensis Insti-
Abbas tuti, qui inane apud imperitam mul-
titudinem Prophetæ nomen adeptus,
multa, aut illusus ipse à Dæmone, aut
per dolum alijs illudens, falsò vatici-
Falsa nabatur; quod tum maximè accidit,
eius cum, Richardum Regem alloquutus,
vatici- augendam in immensum eius gloriam,
nia. ac potentiam, victorias assequuturum
maximas, Hierosolymam, ac Palesti-
nam vniuersam recepturum per sum-
mam vanitatem, ac iactantiam prædi-
xit. addidit Antichristum Romæ iam
narum, Romanam Sedem propediem
inuasurum; quæ ab Episcopis non sine

Dam- stomacho audita, ab alijs vtcumque
natur cum admiratione excepta, vanissima
ab In- postea euentus docuit. leuissima pot-
nocētio rō eius scripta, atque adedò Author
III. ipse b Innocentio III. damnationis,
Fride- meritò, sententiam retulere.

ricim Hoc eodem tempore Fridericus
per.obi Imp. post innumera rerum discrimina,
tus. ac

ac immensos ea in expeditione labores exantlatos, cum iam prælio Iconij Sultanum superasset; fluuij, in quem refrigerandi corporis gratia descenderat, vorticibus haustus, maximo cum exercitus, ac totius Christiani orbis luctu interiit.

Eo sublato, Conradus Filius Dux *Cōra-*
Sueuiæ, collectis utcumque copijs, *dux e-*
in Syriam perrexit. cæterum, & ipse, *ius Fin-*
haud ita multò post in Acconitana, *lius.*
obsidione occubuit.

Chri. Ann. 1191. Sequentis anni Vere ineunte mori- *Clem.*
tur Clemens, Pontificatus anno ter- *Papæ*
tio, cum Henricum Friderici Filium, *obitus.*
qui Romam, cum exercitu, propera-
bat, solemnè mox ritu, esset inaugu-
raturus.

Datus est Clementi Successor Cæ. *Cælesti*
lestinus, *de cuius consecratione, anti-* *nus IV.*
quum morem, ex Cencijs Gauerarij
Vaticano Codice descriptum hic habes
scitu periuicundum; ubi & in Henri-
ci, qua mox sequuta est, inauguratio-
ne tunc seruatus ritus traditur.

Post Imperij titulos receptos Hen- *Heric.*
ricus Tusculum, quæ Vrbs XII. ferè *V Imp.*
ab Vrbe lapide distans, Romanis sem-
per infesta, ipsius sese Augusti pote-
stati subdiderat, Cælestino reddidit.
Cælestinus porro, ut perennem dissi-
diorum causam tandem aliquandò re-
moueret, Romanorum arbitrio sub-
ruendum tradidit; quod statim, non

Tuscu- sine immanitatis nota, peractum est.
lū euer Hoc pacto Vrbs vetusta, ac potens,
sum. quę infesta Romanis Ciuibus, ac Pon-
 tificibus perpetuò fuerat, quemadmo-
 dum Vrbs olim infesta Iudæis Hierico,
 sacerdotalibus veluti tubis per-
 strepentibus, cecidit. nec nisi in ædi-
 ficia sæuitum est, permissumque est
 ciuibus sua indè aliò exportare, ac ru-
 ra colere, qui in proximis exindè Pa-
 gis, ipsoque Tusculi suburbio, quod
Frascatum, nunc dicitur, quo & Epi-
 scopalis translata est sedes, substitere.

Tum Henricus Tancredum Regem,
 Pontifice licet dehortate, deiecturus,
 in Campaniam delatus, Salerno expu-
 gnato, Neapolim obsidet.

Quo tempore Messana, vbi hye-
 mare coacti fuerant, soluentes Philip-
 pus, ac Richardus, in Syriam delati
 sunt, vbi, Accone, in cuius obsidio-
 ne Conradus obierat, expugnata,
 grauissimis inter vtrumque Regem,
 ex veteri æmulatione, ac nouis sub-

Philip- indè causis, diffidijs subortis, Philip-
pus ex pus in Galliam reuertitur. ex itinere
Palesti Romam diuertens, absolui se per Cæ-
na di- lestinum Pontificem petijt à voto,
scedit. quo se, laborantibus apud Syriam
 Christianis adfuturum, fuerat polli-
 citus, multa interim quã iurè, quã in-
 iuria aduersus Angliæ Regem con-
 questus.

Richa- At Richardus, qui, antequam Pale-
rdi vi sinam

lestinam attingeret, in Cyprum Insula *etoria.*
 lam vi tempestatis delatus, eam vi cæ-
 perat, post Gallorum quoque disces-
 sum egregias de Saladino Victorias
 retulit verum, eo absente, Angliæ sta-
 tus à Regijs Fratibus, quamquam sa-
 cramento, vt diximus, adactis, ma-
 gnopere, est perturbatus. Rex igitur
 siue de his certior factus, siue suspi-
 cione, aut moræ tædio ductus, pactus
 cum Saladino inducias ad triennium,
 extremo hoc anno sæculi altero, ac *In An*
 nonagesimo in Angliam remigrat. cæ- *gliã re*
 terem, naufragio, ad mare superum, *migr-*
 facto, compendiosum per Germaniam *at.*
 inter cum paucis aggressus, licet pri-
 uati hominis habitu, ac more, à Leo- *Capi-*
 poldo Austriæ Duce agnitus, captus- *us dia*
 que, ad Henricum Cæsarem mittitur. *citur,*

Adeptus hoc eodem anno est Con-
 stantinopolitanam Sedem Gregorius *Greg.*
 Xiphilinus, alius à Dionis Historici ab- *Xiphi-*
 breuiatore, quo de alibi meminimus. *linus.*
 1066. huic Theodorus Balsamon Cōmenta- *Theo-*
 rios super Canones nuncupauit. Hic *dorus*
 est ille Theodorus, qui & alia multa in *Balsa-*
 Latinorum, ac Rom. Ecclesiæ odium, *mon.*
 atque adeo contumeliam græca fide
 10m. I. scripsit, quæ in vulgato Iuris Orien-
 pag. talis Codice leguntur.

322. et. Hoc loco Authorem Lector consule.
 442. sumpta ex eiusdem Theodori Cōmen- *Constã*
 tarijs occasione, de Cōstantini Donatio- *tini do-*
 ne, deque vulgato Ottonis III. nomine natio.

Diplomate, alijsque scitu dignis differentem, qua praterire, quam paucis ex praescripto recensere, satius duximus.

Vbal- Sequenti anno Cælestinus Vbaldum *Christi*
pus E. Episcopum Eugubinum in Sāctorum *Ann.*
pis. Eu numerum retulit, qua de re extat *1191*
gub. ploma, ab Authore hic descriptum, ex quo Surium, ac alios corrigas, qui sanctum hunc Vicum superfuisse tradunt ad annum vsque salutis decimum supra Millesimum, ac ducentimum.

Ad hæc idem Pontifex Christianorum apud Syriam res Cæsaris, ac duorum Regum auxilio destitutas summo in discrimine constitutas cernens, hortatorias iterum Epistolas, vbiq̄ gentium vulgandas, dedit.

Richa- Henricus porrò Aug. pudore, ac *Roger*
rdus li sceleris conscientia extimulante, nau- *Ann.*
bera- fragum Regem, atque ex sacra Expe-
itur. ditione reducem misertus, Anathemate quoque Pontificio territus, pristinae illum restituit libertati. non tamen, ut

Hèrici sæuitiæ, ita & auaritiæ notam effuge-
Aug. re laborauit; pactus impie pro scele-
auari- ris mercede Marchatum argenti cen-
tia. tum, ac triginta millia, tum Leopoldo
Redē- millia viginti. ad eam pecuniæ vim
ptionis cogendam, non Populi modo exa-
preciū ctionibus vexati sunt, sed Templo-
 quoq̄. sacris vasis, ac donarijs spolia-
 ta, quæ tamen mutui nomine sunt re-

cepta

cepta. & hæc quidem hoc anno tran-
facta sunt, Richardi tamen in Angliã
reditus ad multos exindẽ menses di-
latus est, Eleonora interim Matre, lite-
ris ad Cælestinum aliosque complu-
res datis, Superum, ac mortalium
opem implorante.

Hoc eodem anno Cencius R. E. *Cecius*
Camerarius proficuum eidem Eccle- *Came-*
siæ opus aggressus est, quo eius red- *rarius*
ditus, ac Censu descripsit. compa-
ctus ab eo liber inter Vaticana Monu-
menta adhuc extat.

Roger. Subindẽ Cælestinus captam à Sa- *Goffrã-*
anal. lernitanis Constantiam Augustam, à *tia A-*
Chro. Tancredo recipit, Legato ad eam de- *ug. ca-*
Foss. ducendam in Siciliã missos; receptam- *pta li-*
non. que, ac honorificè Romæ habitam, *bera-*
ad Henricum Virum in Germaniam *tur.*
remitte, qui Salernitanorum iniuriæ
vlescendæ cupidus, audita insuper
Tancredi morte, ac Rogerij eius Filij *Tãcre*
natu maioris, quem hoc ipso tempore *di obi-*
Regem dixerat, successione, expedi- *tus.*
tionem in Siciliam maturavit. *Hericì*

Chri. Eo igitur post quam peruenit, Si- *expedi-*
Ann. culos dolo illectos, in deditioem re- *tio.*
1193. cipit: tum pari perfidia Tancredi Filio *Siciliã*
adhuc impubere, ac regijs Puellis *recipit*
cum Regina Matre in potestatem ha- *Eius sa-*
bitis, Pueri oculos per summum sce- *uitia,*
lus, ac sæuitiam plus quam tyranni *ac pera-*
cam, effodit, foeminas custodiæ tra- *fidia.*
ditas diris vinculis mancipavit.

diuina Dimissus iam fuerat captiuus Angliæ Ch.
in Leo. Rex, cum Leopoldum Austriæ Du- Ann.
poldū cem, qui, ad prodicionem, Anathema- 1194
ultio. tis quoque contemptum, addiderat, Roge- Ann.
 diuina corripuit ultio. tradit Roge- Ann.
 rius plerasque omnes Austriæ Vrbes
 incendio deformatas, nec resciri vn-
 quam Authorem, aut causam potuisse:
 Danubij repentina exundatione de-
 cem amplius mortalium millia hausta
 vorticibus fuisse: vulgarem exinde,
 luem, ac frugum omnis generis steri-
 litatem subiisse: deniquè Ducē ipsum
 confracto, ex equi casu, exfectoque Chri-
 crure decessisse, cum tamen ante obi- Ann.
 tum ad cor redire, Deo miserante, 1195
Eius meruisset; itaque Anathematis absolu-
poeni- tionem impetrasse, cum ad alia ex-
rentia. piationis genera pecuniam quoque
 iniquitatis præcium, Regi Anglo red-
 di, postremis tabulis, imperasset.

Ad hæc Cælestinus Pontifex, cum Anno
 iam pactæ cum Sultano induciæ ef- l. 1. 5.
 fluxisse dicerentur, excidium vltimum cap. 1.
 Syriæ Christianis metuens, Occiden- Nebr
 talis Orbis Principes, ac Populos ad l. 1. 5. 6.
 sacrum bellum redintegrandum, aut quo- 20.
 quomodo promouendum iterum hor-
 tatur. noxarum quoque veniam non
 militibus tantum, sed his omnibus pol-
 licitus, qui pecunia, com meatu, aut
 alio quouis pacto bellum ipsum iuuif-
 sent.

Saladini Audita est interim Saladini mors,
mors. Fi.

Filiorumque illius de Regno certamen, quo magis Cælestini, ac aliorum Antistitum Studia incensa sunt.

Pontificis literis, ac Legationibus cōmota est in primis Germania, ac Cæsar ipse Henricus, qui tamen assentionibus, corruptus, quasi nefas futurū, si Imperium ipsum relinqueret Imperator, cum præsertim comitatibus, ex Occidente, Orientales copias iuvare satius videretur, profectiois ipse consilium abiecit, pollicitus haud secius pecuniā ex Richardo acceptam in belli sumptus se daturum.

Nicot. At vero Isaacius, qui regias virtutes *Alexi* vitijs æquaret, ab Alexio Angelo Fra- *us An-* tre, quem Regni ipse administrationi *gelus* admouerat, deijcitur, ac cæcatur, cum *Imp.* annos imperasset propè X.

Chri. Vigente inter Galliæ, atque Angliæ *Isaaci* Reges bello, Philippus Episcopus Bel- *ū deij-* louacensis, in aciem ipse progressus, *cit.* in Anglorum potestatem venit igitur, dum captivus apud Hostes esset, Cælestini ope implorata, eius apud Richardum opera, acriter antea increpitus, vinculis eximitur. *Tēplū*

Quo tempore idem Cælestinus re- *S. Lau-* stitutum D. Laurentij in Lucina Ro- *rēt. in* mæ Templum dedicavit, quod inscri- *Luci-* ptio docet, quæ eodem in Templo *na in-* adhuc legitur. *staur-*

Arnol. Henricus interim Aug. simulata in *atur.* *l. 5. c. 2* Orientem profectioe delectu, quasi *Hēric.* *in Saltū*

repetit in sac. bellum, habito, cum copijs in Chy-
 Italiam venit, dotale Apuliæ, ac Sici- *foff. m.*
 liæ Regnum tyrannicè firmaturus, *1162.*
 quod non nisi Northmannis, qui su-
 pererant, sublatis, præstari à se posse
 arbitrabatur; sexaginta armatorum
 millia habuisse in castris tradunt igi-
Hærici tur Capuam delatus, Richardum Co-
Tyrā- mitem de Cerra ibidem nactus, ad
nis. equi caudam subligatum, per Vibem
 raptari, tum exanimatum, capite in
 terram inuerso, suspendi iussit, su-
 spensumque tamdiu manere, donec ta-
 be confectus diffluere.

Siciliã Siciliam exindè petijt, vbi dirissi- *Chri.*
petit. mam in Northmannos, aliosque quot- *Ann.*
 quot studuisse Tancredo comperisset, *1197.*
 exercuit carnificinam. Barbari sanè
 Principis sæuitia eò progressa est, vt

Vxor Constantia Vxor Gentis suæ cladem
in eum miserta, ab eo secesserit; conscripto-
in sur- quæ aduersus Virum exercitu, ad ini-
git. quas pacis condiciones subeundas
 eum adegerit.

Græcos Sub ipsum in Siciliam aduentum *Roger.*
terret. Henricus copijs, quas diximus, ac *anal.*
 Northmannorum Regum, quas inua- *Nicet.*
 ferat, thesauris pollens, minaces ad
 Alexium literas dederat, Legatione
 insuper adiecta, qua petebat reddi si-
 bi quicquid terrarum Rogerius olim
 Græcis, aut Vuillelmus abstulissent,
 ab Epidauro, ad Thessalonicam, ea-
 Legatione Alexius adeò est territus,

vt durissimam tributi conditionem nō abnuerit, cui cogendo, soluendoque, non subditos modo Populos vexauit, sed Tempia etiam, ac Coenobia spoliavit. cæterum, sequuta Henrici morte, ea statim cura solutus est.

Obijt Henricus Messanæ Imperij anno VII. dum in Germaniam cogitaret, exercitus parte nauibus haud ita pridem in Syriam transmissa.

Henrici obitu Regnum ad Fridericum eius ex Constantia Filium, tum quadrimum, Assisij nuper solemniter baptizatum, defertur, non tamen ante Regnum inauguratum, quam Romæ Pontificis assensus est habitus, cui impetrando Episcopus Messanensis Romanam profectus, illud quoque suppliciter ex eo petijt, vt Henrici cadaver Ecclesiasticæ sepulturæ traderet, Anathematis absolutione, quam viuens petere Is neglexisset, defuncto utcumque collata. Nec mireris Lector dum Fridericum Assisij baptizatum audis; vbi Francisci (qui tum viuens ex ephebis vixdum excesserat) nondum cultus vigebat; id etenim ex eo factum scias, quod Infans in Italia natus parentibus in Germaniam reuertentibus, Conrado Sueuo, (quem Henricus, siue antea Fridericus, Spoleti Ducem, creauerat) nutriendus, fuerat relictus, ac demum postremo hoc Henrici in Italiam accessit.

Henrici
Aug.
obitus.

Fridericus
I.
Assisij
baptizatur.

Conradus
Dux Spoleti

Ch.
- foss.
164.

Chri.
Ann.
1197.

Roger.
Anal.
Nicht.

cessu, ex Conrado receptus, atque in Siciliam perductus. porro hunc Conradum ipsius Henrici Fratrem minorem natu fuisse; quidam tradunt.

Post Henrici obitum oppida Rom. Ecclesie complura, quod supremis ipse tabulis mandauerat, sunt reddita. *si quis autem eorum numerum, ac nomina, ipsumque adeo Augusti testamentum nosse cupiat, Authorem consulat.*

Henrici interim copiae, quae in Syriam peruenerant, audita eius morte, Hostiumque sub Saladini Filio, magno numero, aduentu, Ducibus huc illuc dilapsis, turpem in fugam conijciuntur. accidit id quidem perincommo- dum, cum rei bene gerendae spes maxime affulisset, Armeniae tum Rege in belli societatem allecto.

Caestini Legationes. Hoc eodem anno Legatio à Caestino in Boemiam, ac Poloniam decreta est Clericorum ibidem moribus ad Sacrorum Canonum normam reformandis, quorum plerique Mulieribus, non secus, ac legitimis Vxoribus, utebantur. res, ut apud Poloniam foeliciter, ita apud Boemiam non sine turbis peracta est, Legato ipso Apostolico in discrimen adducto.

Episc. cum Rege disfidium unde. Composita quoque Caestini opera est controuersia, quae inter Rothomagensem Antistitem, atque Angliae Regem vigeat, quod Hic locum ad *Newb. l. 5. c. 21.* eam.

eam Ecclesiam spectantem aduersus Gallorum in Northmanniam incursus munisset, qua ex causa idem Antistes Regios Ministros censuris Ecclesiasticis totamque adeò Prouinciam Interdicto subiecerat.

Obijt hoc item anno Vir eximius
S. Ho-
Homobonus Cremonensis, quem po-
steà, ob egregia virtutum merita, Cæ-
lestini Successor Innocentius sancto-
rum numero adscripsit.

Subit annus sæculi II. C. cuius exor-
dio Cælestinus decessit, cum annos
non dum VII. in Pontificatu egisset,
cuius obitu XII. hunc Annalium To-
mum claudere decreuimus; illud tan-
tum addentes, quod certo alicui eius
Sedis anno adscribere nequiuimus;
eius nempe auctoritate, institutum
nuper Teuthonicorum Militum ordi-
nem, fuisse confirmatum, eiusdemque
opus esse ad D. Mariæ in Porticu Ro-
mæ sacram Ædem, Romanoque in
Foro additum Nosocomium.

Libri XII. Finis.

Huc vsque Annales Ecclesiasticos
summa cum eruditionis, ac doctrina
laude, labore autem vix credibili, duo-
decim magna molis Tomis comprehen-
sos, deduxit Baronius. prosequutus est
immensum adhuc opus Abraham Bzo-
uini

546 Epit. Annal. Eccles.

nus Polonus genere etiam num super-
stes, ac Roma degens, Vir laboriosis-
simus, ingenijque, ac facundia laude
præstans, totidem voluminibus, quo-
rum septem iam lucem aspiciunt,
quinque reliquis, (quibus integrum
Pauli V. Pontificatum absolvit) non
dum impressis; cuius locupletissimum
ad Baronium Auctarium, si vita,
ac vires suppetant, pari ra-
tione, in Epitomen redi-
gere, Deo Auspicio,
consilium
est.



I N-